S

A.

Digitized by Google

NAZ
PROV. DIOC.
162
2
60.
BIB.NAZ.NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
162
D
60
NAPOLI

CONSTITVTIONES: ET STATVTA

PRO CIVITATE, ET DIOECESI ſanctæ Agathæ Gotorum, Provinciæ Beneventanæ, decreta, & publicata in duabuſ Synodiſ diœceſaniſ Argentiſ, Anno Domini M.D.LXXXV. de menſe Octobri, & in prædicta Civitate Cathedrali in ſumma Eccleſia, Anno Domini, M.D.LXXXVII. de menſe Aprili celebratiſ.

SVB REVERENDISSIMO DOMINO Feliciano eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo.

Superiorum permiſſu.

ROMÆ, ex Typographia Vincētij Accolti, in Burgo M.D.LXXXVIII.

Domus Illmi et Revmi Epi Albini 1722

CONSTITVTIONES PRIMÆ SYNODI Argentij Habitæ

Ad Clerum, et Populum Ciuitatiſ, ac diæceſiſ Sanctæ Agathæ Gotorum.

In nomine Domini, Amen. Anno à Chriſti incarnatione M.D.LXXXV. die vero quinta menſiſ Octobriſ, Pontificatuſ Sanctiſſimi in Chriſto patriſ, & Domini noſtri, Domini Sixti divina providentia Papæ Quinti, anno primo, indictione vero tertiadecima.

Cum Reverendiſſimuſ in Chriſto Pater, Dominuſ Felicianuſ Dei, & Apoſtolicæ Sediſ gratia Epiſcopuſ Sanctæ Agathæ Gothorum viſitatione totiuſ diæceſiſ ſuæ perſonaliter inſtituta ac perfecta, reperiſſet multiſ in lociſ variaſ neceſſitateſ, quibuſ ad eccleſiaſticæ diſciplinæ inter clericoſ, & chriſtianæ vitæ inter laicoſ reformationem, & conſervationem matura eſſent adhibenda remedia; officij ſui ratione adductuſ diverſa decreta, & edicta ad ſacrorum canonum, præſertim Concilij Tridentini normam regulamque accomodata, per diæceſim promulgari, & affigi curavit, quibuſ ea maxime complexuſ eſt, quæ non ſine divini cultuſ diſpendio, & animarum iactura

di

diutiuſ poterant differri. Poſthæc cum etiam ex multorum relatione partim vocali, & partim ſcripta de pleriſq. alijſ rebuſ certior factuſ eſſet, quæ non minuſ quàm alia officium eiuſ, & reformationem exigerent, animo æſtimanſ quantum onuſ ſuſtineret, & quid Deo, quidque propriæ conſcientiæ deberet, aliaſ adhuc ex ſacrorum canonum, concilij maximè Tridentini auctoritate, petitaſ conſtitutioneſ, quibuſ emerſæ ubique neceſſitati provideretur, de aliorum quoque peritorum, & expertorum diœceſiſ prædictæ eccleſiaſticorum hominum conſilio in unum contulit, atque in cathedrali priuſ Ecleſia ac civitate, deinde etiam in diœceſana Synodo Argentij habita propoſuit, ac publicavit. Cum enim in Civitate ſanctæ Agathæ coram Ven. cathedraliſ Eccleſiæ, Capitulo ac reliquo Clero omnia proponi, ac perlegi feciſſet, & Synodum diœceſanam ſtatim indixiſſet, Argentij, qui locuſ conventui habendo iam erat deſignatuſ, Reverendiſſimuſ ipſe, & eiuſ Vicariuſ generaliſ, necnon Decanuſ, Primiceriuſ, Theſaurariuſ, & alij duo canonici cathedraliſ Eccleſiæ nomine, & loco Ven. Capituli, & omnium parochorum dictæ Civitatiſ, necnon Abbateſ, Vicarij foranei, Archipreſbyteri, Parochi, et alij eccleſiarum Rectoreſ univerſi, quoſ de iure, vel conſuetudine oportebat intereſſe, convenerunt in monaſterio S. Mariæ de Vico ordiniſ Prædicatorum, ibiq. die quarta ſupradicti menſiſ Octobriſ, colloquium de rebuſ tractandiſ habuerunt, & poſtridie

eiuſ

eius diei ſacro prius in Eccleſia per Rmum
ſacro de Sancto Spiritu, ſeſe in ſacrarium
Eccleſiæ contiguum ad Synodum huiuſmodi
præparatum, ac diſpoſitum receperunt, & præ-
miſſo hymno de Sancto Spiritu, cum antiphona
& collectis ſolitis, huiuſmodi Synodi neceſſita-
te, & fructu per Rmum explicatis, necnon
oratione de eadem re à D. Octavio de Gloria
cathedralis Eccleſiæ Agathen. Canonico ha-
bita, Synodus ipſa incæpta eſt, et quidem
ante meridiem omnia edicta, quæ per diæ-
ceſim iam fuerant promulgata: poſt meri-
diem verò alia decreta omnia, tàm quæ
Rmus ipſe de conſilio ſupradictorum pe-
ritorum, & expertorum iam collegerat, quàm
quæ omnes congregati de novo attulere in
medium, propoſita, perlecta, conſiderata,
diſcuſſa, accommodata, publicata, admiſ-
ſa, & recepta ſunt, Synoduſque eoipſo
die veſperi poſt gratiarum actionem, et
ob rem benè geſtam commendationem, atq.
animorum inflammationem ad exequen-
dum per D. Iulium Parillum ſimiliter Ca-
nonicum dictæ Cathedralis Eccleſiæ Aga-
then. habitam, necnon adhortationem de ea-
dem executione, et obſervatione per Rmum
factam, feliciter concluſa, & finita eſt, ac
præ-

præbita episcopali benedictione omnes domum dimiſſi fuere: cuius ſane Synodi, & proceſſus eius actus omnes Notarius Curiæ Epiſcopalis, qui interfuit, diligenter annotavit. Quæ autem in dicta Synodo ſtatuta, diſpoſita, accommodata, definita, concluſa, ſtabilita, ac publicata ſunt proximè ſequuntur.

Ioan. Fonzonus Secret. de mand.

F. FELIC.

F. FELICIANVS DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPVS SANCTAE AGATHAE
Gothorum Prouinciæ Beneuentanæ,

VNIVERSO CLERO POPVLOQ. SIBI commiſſo, ſalutem precatur ſempiternam.

concil. Tridēt. ſeſſ. 22. c. 1. reform.

QVONIAM nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſidue inſtruat, quàm eorũ vita & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. Cum enim à rebus ſeculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tamquam in ſpeculum reliqui oculos coniiciunt, ex iiſq. ſumunt quod imitentur. Hinc fit quòd ſacrum concilium Tridentinum, Epiſcopos, quorum munus eſt ſubditorum omnia vitia redarguere, rectè monet, hoc illis præcipue cauendum eſſe, ne clerici, præſertim ad animarum curam conſtituti, criminoſi ſint, neve inhoneſtam vitam ipſis conniuentibus ducant. Nam ſi eos prauis & corruptis moribus eſſe permittant, quo pacto laicos de ipſorum vitiis redarguent, qui vno ab eis ſermone conuinci poſſent, quod clericos ipſis patiantur eſſe deteriores? qua etiam libertate laicos corripere poterunt ſacerdotes, cum tacite ſibi ipſi reſpondeant eadem ſe admiſiſſe, quæ corripiunt? Proinde ſic decet omnino clericos in ſortem Domini

ſeſſ. 14. in proœ. refor.

mini vocatos in quocunque ordine fuerint, vitam, moreſq. ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſq. rebus omnibus nil niſi graue, moderatum, ac religione plenum præſeferant: leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxime eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem, & commiſſo ſibi Dei populo præeant: memores eius quod ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. & iuxta Apoſtoli vocem: Nemini dent vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium eorũ, ſed in omnibus exhibeant ſe ſicut miniſtros Dei, ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis: Scerdotes Dei contaminant ſancta, & reprobant legem. Cum igitur ad aures noſtras peruenerit, (non ſine graui animi dolore) non paucos diœceſis noſtræ homines vel ſua ſponte, aut propinquorum & amicorum perſuaſione clericatum ſuſcepiſſe, ac in dies ſuſcipere, non eo propoſito, vt Deo, ac ſanctæ matri Eccleſiæ deſeruiant, ſed potius, vt maiorem cupiditatum ſuarum libertatem, ac licentiam conſequantur, aut auaritiam, qua tenentur, cumulandis opibus cum ſecularis fiſci fraude, & inopum incommodo expleant. Quidam enim ſunt ita perditis moribus imbuti ac deprauati, vt ſacro clericatu ad flagitioſam vitam cum dedecore honoris, & animæ exitio degendam abuti non dubitent, dum magiſtratus ſecularis timore depoſito ab eccleſiaſtico mitiorem ſperant animaduerſionem: vnde horum nonnulli incedunt aliquando interdiu & noctu armati etiam ſclopetis. Aliqui vero clericali militiæ aſcribuntur, vt beneficia obtineant, ac poſſideant, quoad occaſionem ducendæ vxoris nanciſcantur, aut ea beneficia propinquorum, vel amicorum alicui renunciandi, & forte non abſque ſimoniaca labe, interimq. ſacris ordinibus neglectis, non clericali ordini congruentem, ſed qualem laici, vitam ducunt, nulli Eccleſiæ deſeruientes, & habitus Eccleſiaſtici ſignum vix geſtantes: omittimus, quòd diuinum officium nec recitant, neque recitare

Leuit. cap. 22. 2. Cor. 6. Sopho. 3.

tare norunt: Inter quos clericos ſimplices reperiuntur etiam quidam beneficiati prædiuites, qui in clericatu perſiſtunt quidem, ſed non ex bono zelo: præterquam quod enim honeſtius ac religioſius quoad habitum incederent in maiorum etiam ordinum ſuſceptione progrederentur ad presbyteratum, vt eo exactius beneficiorum, quæ obtinent, oneribus ſatisfieri poſſet; id quod tamen facere intermittunt, nec alio mentis aciem & cogitationes ſuas conuerſas, directasq. habent, quàm vt fratribus, nepotibusq. opes, ac diuitias cumulent, interimq. eccleſias, ſacella, altaria, ſacra ornamenta, & alias beneficiorum ſuorum res perditum iri ſinunt, ſolis prouentibus colligendis intenti. Nonnulli autem eam potiſſimum ob cauſam clericali inſtituto adhærent, vt fiſcalium collectarum ſolutionem ſubterfugere poſſint, donec matrimonium contrahant, aut aliam deſerendi clericatus commoditatem aucupentur; clericali enim priuilegio dum gaudent, ſecularium onerũ exemptione potiuntur: quo fit, vt regium fiſcum defraudent, & ciuibus ſuis maxime egenis oneroſi ſint, id quod huius diœceſis noſtræ magiſtratus, & vniuerſitates magnopere queſtæ ſunt, atque in pauperum ſubleuationem vt remoueamus maiorem in modũ petierunt, ac rogarunt. Quod vero magis etiam refert, aliqui poſt filios, aut nepotes ad clericatum inductos, ſub illorum nomine bona emũt ſtabilia, in manifeſtam fraudem collectarum fiſcalium: non enim eo animo faciunt, vt filios in clericatu permanere velint, ij maxime qui vnicos habent, aut ea bona eccleſiæ relinqui, ſed tantum vt ſub clericatus prætextu huiuſmodi bona tamdiu ſint a collectarũ fiſcalium contributione immunia, donec prædicti clerici euaſerint maiores, & reſignato clericatu matrimonium inierint. Quidam alij poſtquam à pueritia clericatum profeſſi ſunt, & eo reſignato in iuuentute ſeſe matrimonio copularũt, mortua deinde vxore etiam filiis onuſti ad clericatum redeunt, vt à prædictis collectis fiſcalibus exempti ſint,

eamq. ob rem quāuis eſſent habiles & idonei, nunquam tamen ad presbyteratum progrediuntur. Complures etiam numeroſam prolē habentes alicui ex filiis ad clericatum promoto centum, ducentos, trecentos, aut maiorem ſummam ducatorum donant, ita vt nihil plane reliquum ſit, quod in facultatibus habeant, ad ſubterfugiendam collectarum fiſcalium ſolutionem: ea enim donatione non obſtante, ex eiſdem bonis omnes viuūt, quæ ſane parentes nihilominus poſſident, cum præterea aut nihil fere, aut parum habeant. Non pauci quoque clerici, etiam in ſacris conſtituti diuiſionem paternorum bonorum cum regij fiſci defraudatione ita inſtituunt, vt domos, de quibus nulla datur collecta, fratribus laicis relinquant; agros autem, qui huiuſmodi contributioni ſubiecti ſunt, pro ſe ſtudioſe retineant. Præterea ſunt quidam clericalem tonſuram adepti, qui ſub inopiæ prætextu ita incedunt, vt à laicis vix ſecerni poſſint. Alij vero tonſura clericali nō initiati, biretū tamen quadratum clericorum more geſtare non verentur cum dedecore ordinis Eccleſiaſtici. Nonnulli autem doloſe ex parte ipſorum ſub patrimonij titulo ad ſacros ordines admiſſi ſunt, cum tamen aut nullum, vel certe non ſufficiens patrimonium haberent, qui poſtea cum etiam ſine beneficio eſſent, miſere viuere, & quaſi mendicare coacti ſunt. Et aliis idem etiam euenit, non quia ſine patrimonio ordinati eſſent, ſed quod illud poſtea neſciēte Epiſcopo, aut propinquis renunciarunt, vel in eorundem ſubſidium vendiderunt, & alienarunt: Pleriſque etiam obtigerunt dignitates presbyteratus ordinem requirentes, veluti archipresbyteralis, & id genus aliæ, qui tamen tantum abeſt, vt ſacerdotium ſuſceperint, vt in minoribus adhuc ordinibus verſentur, nec forte de ſuſcipiendo presbyteratu vllam ineant cogitationem. Quidam alij ſunt curam habentes animarum, qui ſacerdotio quidem ſunt initiati, nec tamen, quod oporteret, reſident, officio ſuo incumbentes; quinimo eorum ali-

qui

qui etiam extra diœceſim ſine vlla neceſſitate cum curæ ſibi commiſſæ detrimento maiori ex parte degunt. Porro illud etiam magnopere offendit, quòd quidam clerici ſacerdotali etiam dignitate præditi contra ſtatus eccleſiaſtici decentiam, mercaturam maxime annonæ, & animalium vel palam exercent, aut clam ſub cognatorum nomine,id quod vniuerſitatibus graue & oneroſum eſt, & nomini eccleſiaſtico ſordidum ac turpe. Præterimus etiam alia non minoris momenti tam ex aliorum certa relatione, quàm ex ipſa viſitatione cognita & perſpecta. At quid de laicis dicemus, inter quos non minus grauia delicta,nec minores abuſus reperiuntur?quos ſane quia longũ eſſet recenſere, & piis auribus moleſtum, meminiſſe prætermittimus,ſatis fore putantes,ſi eis remedia adhibeantur opportuna. Quare vt huiuſmodi mala tam clericorum,quàm laicorum vtriuſq. ſexus in propriæ ſalutis ac dignitatis exitium, & proximorum perniciem vergentia è medio tollantur, ſequentes noſtras conſtitutiones ab vniuerſo clero, populoq. inuiolabiliter obſeruari volumus & mandamus. Et licet nonnullas per edicta diuerſis vicibus affixa iam publicauerimus, eas tamen hoc etiam loco inſerendas, & cum aliis addendas duximus,quatenus in hac congregatione Synodali debita omnium ratio habeatur, & ſimul iũctæ eandem ſortiantur executionem,& primo quidem loco conſtitutiones huiuſmodi per edicta euulgatæ proponũtur, tum deinde aliæ omnes, quas ad reformationem neceſſarias iudicauimus. Vtque executioni ad vnguem demandentur, vniuerſis tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus noſtræ diœceſis, cuiuſcunque ſexus, gradus, & dignitatis exiſtant, ſub interminatione maledictionis æternæ, ac pœnis in conſtitutionibus huiuſmodi contentis diſtricte præcipiendo mandamus, vt eas inuiolabiliter obſeruent.

QVÆ IN DICTA SYNODO dioeceſana Agathenſi ante meridiem die quinta menſis Octobris anno 1585. fuerunt propoſita, tractata, deciſa, & concluſa.

INSTITUTIO LECTORIS Theologi & Pœnitentiarij cum aſsignatione prouiſionis.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus nobis in Chriſto dilectis, Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & ceteris Canonicis Cathedralis eccleſiæ noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Poſtquã ad huius Eccleſiæ gubernacula tractanda diuino & Apoſtolico munere aſſumpti fuimus; nihil magis nobis fuit cordi, quàm vt quæ & præſens dioeceſis neceſſitas poſtularet, & ſacrorũ canonũ decreta exigerent, ea ſedulo præſtaremus. Hinc eſt, quòd piis ſummorum
Pontificum & probatorum conciliorũ maxime Triden- Seſſ. 5.
c. 1. de
tini conſtitutionibus inhærentes, ne cæleſtis ille ſacro- refor.
Et ſeſſ.
rum librorum theſaurus, quem Spiritus ſanctus ſumma 24. c. 8.
liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, inter- de ref.
ueniente etiam veſtro conſilio, ac matura deliberatione, ordinamus, vt iuxta ſacrum concilium Tridentinum,

lector

lector ſacræ Theologiæ ſuſcipiatur, qui in cathedrali eccleſia, diebus Dominicis, & aliis feſtiuis, populo ſacras litteras exponat, & clerum conſcientiæ caſus certis temporibus doceat. Similiter etiam Pænitentiarius, qui magiſter ſit, vel doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs qui aptior reperiatur. Quia vero propter eccleſiæ noſtræ inopiam, & beneficiorum tenuitatem duæ diſtinctæ perſonæ ad ea munera obeunda ſuſtentari non poſſunt, decernimus & mandamus, vt qui lectoris officio fungetur, is etiam pænitentiarij munus obire debeat; id quod commode præſtari poteſt, cui propterea præbendam canonicalem quomodocunq. præterquam ex cauſa reſignationis, primo vacaturam, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ipſo facto perpetuo conſtituimus & deputamus, vnà cum diſtributione quotidiana, ſiue ſacris officiis, quibus alij canonici ratione diſtributionis huiuſmodi intereſſe debent, præſens ſit, ſiue non ex legitima cauſa, hoc eſt, ſi eo tempore in dictorum munerum exercitio neceſſario fuerit occupatus, & propter præbendarum canonicalium tenuitatem vno, aut altero etiam ſimplici beneficio ad ſufficientis ſuſtentationis complementum, vt eo commodius & diligentius dictis oneribus ſatisfacere poſſit. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini M. D. LXXXIIII. die vero 2. menſis Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Papæ Gregorij XIII. Anno XIII. Præſulatus vero noſtri anno ſecundo.

EDI-

EDICTVM SACRAE LECTIONIS pro ciuitate Agathen.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus in Chriſto nobis dilectis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, reliquisq. Canonicis noſtræ Eccleſiæ Cathedralis, necnon & Parochis atque Confeſſariis, Presbyteris & omnibus Clericis cuiuſcunq. gradus & conditionis, decem & octo annos excedentibus prædictæ noſtræ cathedralis eccleſiæ ac ciuitatis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniã in viſitatione complures ex vobis, eos maxime, quibus animarũ cura commiſſa eſt, reperimus ſacrarum litterarum, & inſtitutionis ad functiones eccleſiaſticas obeundas neceſſariæ ſcientia & vſu deſtitutos, vt vobis & gregi veſtræ fidei & diligentiæ commendato debite & opportune conſuleretur, conſcientiæ dictamine, & noſtri præſcripto officij nos ita mouente, de idoneo Doctore, qui vos tribus diebus ad minus in ſeptimana diebus Dominicis ſcilicet, & aliis feſtiuis, ſi qui occurrent, ſin autem duobus aliis diebus ferialibus in conſcientiæ (vt vocant) caſibus cognoſcendis ac diiudicandis, & ſacramentorum adminiſtratione rite exhibenda erudiat, & ſacris tum litteris, tum etiam muneribus pro ſtatus & vocationis veſtræ exigentia ac neceſſitate informet, mature prouidendum duximus, prout iam de inſigni viro reipſa prouidimus, id quod etiam alibi per diœceſim pro locorum qualitate & commoditate facturi ſumus; nihil enim antiquius eſt nobis, nihil magis in votis habemus, nihil ſolidiorem nobis affert animi quietem & alacritatem, quàm ſi perſpiciamus clericali ordini aſcriptos in officio eſſe, potiſſimum eos, qui claues gerunt, & poteſtatem in alios habent. Quare vt non tam ij, qui modo animarum curæ incumbunt, quibus oportet rebus bene ſint inſtructi, quàm etiam alij omnes clerici,

clerici, qui aliquando, Deo ita diſponente, in eorum ſortem & locum vocabuntur, longe ante addiſcant, quæ populis docendis, & in viis Domini dirigendis adhibere debebunt, diſtricte præcipiendo omnibus & ſingulis ſupradictis tam capitibus quàm membris cleri noſtri in hac Agathenſi ciuitate exiſtentis per præſentes mandamus, vt lectionibus huiuſmodi interueniant. Qui neglexerint intereſſe abſque cauſa rationabili per Vicarium noſtrum generalem ſemper approbanda, ſi curũ animarum gerant, vel canonici fuerint carolenos duos; ſi ſacerdotes ſimplices, vnum, & alij clerici carolenum medium ſoluere teneantur, pro pœna à prædicto Vicario noſtro, aut procuratore fiſcali noſtræ curiæ Epiſcopalis exigenda pro ſingulis vicibus, quibus defuerint: quæ ſane mulctæ piis vſibus ad noſtrum arbitrium applicabuntur. Excipimus tamen Doctores ſexagenarios, & valetudinarios, necnon parochos in officiis ſuis actualiter impeditos, quoad pœnam ſi defuerint, quos ad ſolutionem huiuſmodi non aſtringimus. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. LXXXIIII. die vero xix. Nouemb. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Gregorij Papæ XIII. Anno XIII. Præſulatus vero noſtri anno ſecundo.

EDICTUM SACRAE LECTIONIS pro oppidis Ayrolæ, & Argentij.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus in Chriſto dilectis Vicariis foraneis, Archipresbyteris, Primiceriis, Parochis, Confeſſariis, Presbyteris, & omnibus clericis cuiuſcunque gradus & conditionis decem & octo annos excedẽtibus terrarum

Ayrolæ

Ayrolæ & Argentij diœceſis noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam in viſitatione compluresex vobis, eos maxime, quibus animarum cura commiſſa eſt, reperimus ſacrarum litterarum, & inſtitutionis ad functiones eccleſiaſticas obeundas neceſſariæ ſcientia, & vſu deſtitutos, vt vobis & gregi veſtræ fidei & diligentiæ commendato debite & opportune conſuleretur, conſcientiæ dictamine & noſtri præſcripto officij nos ita mouēte, de idoneis doctoribus, qui vos tribus diebus ad minus in ſeptimana, diebus Dominicis videlicet, & aliis feſtiuis, ſi qui occurrent, ſin autem duobus aliis diebus ferialibus in conſcientiæ (vt vocant) caſibus cognoſcendis, ac diiudicandis, & ſacramentorum adminiſtratione rite exhibenda erudiant, & ſacris tum litteris, tum etiam muneribus pro ſtatus & vocationis veſtræ exigentia ac neceſſitate informent, mature prouidendum duximus, prout iam de inſignibus viris reipſa prouidimus: nihil enim antiquius eſt nobis, nihil magis in votis habemus, nihil ſolidiorem nobis affert animi quietem & alacritatem, quàm ſi perſpiciamus clericali ordini aſcriptos in officio eſſe, potiſſimum eos, qui claues gerunt, & poteſtatem in alios habent. Quare vt non tam ij, qui modo animarum curæ incumbunt, quibus oportet rebus bene ſint inſtructi, quàm etiam alij omnes clerici, qui aliquando, Deo ita diſponente, in eorum ſortem & locum vocabuntur, longe ante addiſcant, quæ populis docendis, & in viis Domini dirigendis adhibere debebunt, diſtricte præcipiendo omnibus & ſingulis ſupradictis tā capitibus, quàm membris cleri noſtri Ayrolæ & Argentij exiſtentis per præſentes mandamus, vt lectionibus huiuſmodi interueniant. Qui neglexerint intereſſe abſque cauſa rationabili per Vicarios noſtros foraneos ſemper approbanda, ſi curam animarum gerant, carolenos duos; ſi ſint ſacerdotes ſimplices, vnum, & alij clerici carolenum medium ſoluere teneantur pro

pœna à prædictis Vicariis noſtris foraneis exigenda pro ſingulis vicibus, quibus defuerint: quæ ſane mulctæ piis vſibus ad noſtrum arbitrium applicabuntur. Excipimus tamen Doctores, ſexagenarios, & valetudinarios, necnon parochos in officiis ſuis actualiter impeditos, quoad pœnam ſi defuerint, quos ad ſolutionem huiuſmodi non aſtringimus. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. LXXXIIII. die vero xx. Nouemb. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Gregorij Papæ XIII. Anno XIII. Præſulatus vero noſtri anno ſecundo.

EDICTUM CIRCA CONFESSIOnem & communionem Paſchalem, necnon defunctorum ſepulturam.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorū, Reuerendis & Venerabilibus nobis in Chriſto dilectis Eccleſiæ noſtræ cathedralis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & ceteris Canonicis, necnon Vicariis foraneis, Archipresbyteris, Parochis, ceteriſq. curam animarum habentibus, & vniuerſo clero, ac populo ciuitatis, ac diœceſis noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam ad parochorum, maxime vero Epiſcopi officium pertinet, vt circa diligentem, & aſſiduam animarum ſibi commiſſarum curam ac ſalutem ſatagere debeant, ne in ratione, quàm Deo reddent, propriæ ſalutis detrimentum faciant, ac plerunque fit, vt licet ſacrorum canonum, & ſuperiorum decretis ſatis ſuperq. neceſſitati ſit prouiſum, neglecta tamen per parochos, alioſq. curam animarum præpoſitos executione debita, multi iiq. graues admittantur errores, cum ſalutis

Parochus ſibi cōmiſſarū animarum rationē Deo reddet.

iactura & animarum diſpendio, eam ob rem præterita ſtatuta noua editione ſubinde renouari neceſſe eſt.

Fideles ex præcepto eccleſiæ ſacrũ Euchariſtię ſacramentũ ſemel in anno Paſchali ſ. tempore ſumat.

Illud aũt tẽpus intelligitur octo dieb. ante Paſcha & totidem poſt.

Ex eodẽ pcepto à pprio ſacerdote cõio in Paſchate à fidelib. ſumat, pmiſsa tñ ſacramẽtali cõfeſſione

Confeſſio fieri ẽt poteſt ſacerdoti, ab epo expoſito, licet non pprio.

Cum igitur ſancta mater Eccleſia diſtricte præcipiat, vt chriſtianis ſingulis annis ſaltem ſemel tempore Paſchali, hoc eſt, iuxta Eugenianam conſtitutionem, à Dominica Palmarum, vſque ad Dominicam in Albis inclu ſiue à proprio parocho ſacram Synaxim ſuſcipiant, præmiſſa ſacramentali confeſſione, quæ eidem, aut de ipſius, aut Ordinarij licentia alteri ab Ordinario ipſo expoſito fieri debet, idque in hac diœceſi noſtra, non ſine animi mœrore, negligẽter obſeruari intelligamus, quòd plerique extra propriam parochiam ſine noſtra, aut parochi licentia, imo etiam extra diœceſim abſque Epiſcopi facultate alieno ſacerdoti confeſſionem faciunt; alij vero ex indiſcreta parum ſolicitorum parochorum licentia occaſionem captantes propriæ ſaluti parum bene conſulunt, ita vt timeamus, ne qui præceptum Eccleſiæ non adimpleant: ſingulis noſtræ diœceſis parochis ſerio mandamus, vt infra decem dies ab harum publicatione inchoandos nomina vtriuſque ſexus hominum cuiuſq; curæ commiſſorum ac debitam ætatem habentium, qui hoc proxime decurſo tempore Paſchali confeſſi ſunt & communicarunt, itemq. eorum, qui id facere prætermiſerunt ſcripto conſignata, necnon chirographa (vt moris eſt) illorum quibus confeſſionem fecerũt, Vicario noſtro generali præſentent.

Diœceſanis nõ licet ire extra diœceſim malitioſe ad confitẽda peccata.

Confeſſ. ab alio pprio ſacerdoti ſuæ cõfeſſionis teſtimoniũ adferãt.

Poſt hac autẽ omni tempore nemini extra diœceſim confiteri liceat, niſi obtenta in ſcriptis à nobis licentia, neque extra parochiam propriã, niſi interuenerit etiam in ſcriptis parochi conſenſus, aut confeſſio huiuſmodi fiat ſacerdoti per nos generaliter approbato, ſiue habenti priuilegium à ſede Apoſtolica: & qui cum facultate ita paſchali tempore confeſſi fuerint, afferant ſecũ ab eis, quibus confeſſionẽ fecerunt teſtimonia ſcripta, & parochis ſuis tradant, qui cõpleto tẽpore prædicto ea omnia nobis, aut Vicario noſtro generali præſentare teneãtur,

vnà

vnà cũ nominibus illorũ pænitentiũ, quos ſibi confitentes audierunt, & ſacroſancta Euchariſtia cõmunicarunt, ſub pœna in antiquis ſtatutis diœceſanis præſcripta. Communio autem ſacræ Synaxis pro ſatisfactione præcepti Eccleſiæ omnino fieri debet in propriis Parochialibus eccleſiis, ita vt alibi abſque noſtra licentia in ſcriptis obtenta ſub prædicta pœna niſi infirmis decumbentibus miniſtrari non debeat, præterquam quòd communicati pro non communicatis, iuxta præceptum Eccleſiæ cenſebuntur. Non denegamus autẽ, quin in hac Agathen. ciuitate poſſint omnes qui voluerint in cathedrali eccleſia, quæ eſt matrix omnium parochiarum, communicare, dummodo ſuis parochis teſtimonium adferant ſcriptum ſuſceptæ communionis.

In paſchate parochi teneantur ordinario deferre ſuorum parochianorũ noĩa, q confeſſi & cõicati fuerint, & ecõtra eorum, qui id facere neglexerint.

Sani oẽs in ꝓpria parochiali eccłia tpe paſchali communionẽ ſumãt.

In cathedrali poſſunt oẽs euchariſtiam ſumere, cũ ſit matrix.

Cum etiam non ſine graui dolore acceperimus, per eorum, quibus cura incumbit, ſocordem negligentiam ſtare, quo minus ægroti in extremis conſtituti omnibus ſacramentis ab eccleſia ad emigrationem ordinatis prouiſi decedant, diſtricte præcipiendo mandamus, ne poſthac defuncti ad ſepulturam niſi de Vicariorum noſtri generalis in hac cathedrali ciuitate, & alibi per diœceſim foraneorum ſcitu ac licentia deportari poſſint, vt Vicarij noſtri inde ſciant, ſi qui abſque neceſſaria ſacramentorum prouiſione mortui ſunt, necnon teſtamentis legata habeant cognita, & quid pro male ablatis (vt vocant) menſæ Epiſcopali debeatur. Quod ſi qui abſque debita ſacramentorum prouiſione ex parochorum negligentia moriantur, parochi à nobis per dictos Vicarios noſtros ſtatim admonitis iuxta ſacros canones, ac prout iuris fuerit, ſeuere punientur: ſi vero aliquis ſua culpa abſque dicta ſacramentorum prouiſione deceſſerit, ne ipſi, nobis non præmonitis, ſacra ſepultura concedatur, præterquam repentina morte ſublatis, ſi tamen eo anno Eccleſiæ præcepto de ſacris cõfeſſione & communione ſuo tempore ſatisfecerunt. Nemo etiam humari permittatur, niſi prius vigintiquatuor ad minus horas poſt efflatam

Defuncti ſine ſcitu Vicarij loci nõ ſepeliantur.

Pœna parochi impoſita permittentib. ſua culpa ſubditos decedere abſq. ſacramẽtis eccleſiæ.

Propria culpa morientes abſq. ſacramentis, ſine licentia ordinarij non ſepeliantur.

Repẽtina morte ſublatis, ſi eo anno in paſchate iuxta pceptũ Eccleſię cõicauerint, eccleſiaſtica nõ denegaẽ ſepultura.

Mortui 24 horas relinquantur inhumati.

tam animam ſupra terram, iuxta laudabilem vbique ferè ſeruatam conſuetudinem, ſteterit.

Funera à proprio ſacerdote vel de eius licentia efferantur.

Nullus quoque domo funus efferre audeat, niſi prius parochus, aut eo legitime impedito alius ſacerdos ab ipſo ſubſtitutus, atque in eleuatione, deportatione, ac ſepultura defuncti adhibeantur ſolitæ preces, ac cæremoniæ ſacræ, iuxta formulam Romanam.

Cum conſuetis precibus funera fiant tam in via, quàm in eccleſia.

Liberũ ſit curatorib. defunctorum aduocarẽ vicarios, modo ij non ſint parochi.

Sit autem defunctorum curatoribus integrum ac liberum ad funerum deportationem ac ſepulturæ officium vicarios noſtros foraneos vocare, aut non vocare, præterquam in propriis eccleſiis, ſi ipſimet ſint parochi.

Eidem ſepulturę tradantur mortuorum corpora quã viuentes elegerant.

Qui ſepulturam non elegerunt, ſepeliantur in communi familię ſin aũt in parochiali

Defunctus vero in ea eccleſia ſepeliatur, quam ſibi viuens elegerat, ſi tamẽ huiuſmodi electio per teſtamentum, aut certos teſtes conſtiterit: ſin minus in familiæ ſuæ ſepulturam inferatur, aut mariti, ſi mulier fuerit, vel ſi talis deerit ſepultura, in parochiali eccleſia, vbi deceſſit, ſepeliatur. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini. M. D. LXXXV. die vero tertia menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Papæ Sixti Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri Anno tertio.

EDICTUM PROUISIONIS PRO duabus parochialibus eccleſiis in ciuitate Agathenſi Venerab. Capitulo incorporatis.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus nobis in Chriſto dilectis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & ceteris Canonicis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Saluti

Saluti animarum quantum cum Deo poſſumus proſpicere, & abuſus, qui curam parochialem impediunt, è medio tollere nos oportet, qui huius eccleſiæ gubernacula tractanda, & in viam Domini dirigenda, ſuſcepimus. Hinc eſt, quòd cum acceperimus in duabus parochiis ſancti Ioannis Euangeliſtæ in ciuitate, & ſancti Nicolai extra muros in ſuburbio Venerab. Capitulo noſtro incorporatis, eam ob cauſam, quòd certis prouiſoribus ſunt deſtitutæ, vſu aliquando euenire, vt nonnulli, præſertim qui extra ciuitatis mœnia procul degũt abſq. extrema vnctione, & aliis etiam ſacramentis vltimum obeant vitæ diem, non ſine ſalutis ſpiritualis periculo, dum qui ea adminiſtrare deberent, diutius immorantur, quàm par eſt, & alius alij hunc relinquit laborem, prouidere volentes de neceſſario & opportuno remedio; quatenus poſthac ab huiuſmodi incommodo in mortis agone poſitos tueamur. Venerabili Capitulo per præſentes in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, vt infra octo dies ab harum publicatione computãdos, aliquem certum & idoneum ſacerdotẽ ſiue ex gremio ſiue extra ad curam dictæ Eccleſiæ ſancti Ioannis, & alium cum coadiutore ad curam alterius ſancti Nicolai extra muros propter eius amplitudinem ſeptem pagis inter ſe diſtantibus comprehenſam, cum congrua laboris eorundem recognitione deputent, ac nobis præſentent approbandos. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus.

Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini M. D. LXXXV. die vero quarta menſis Maij, Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri, Domini Papæ Sixti Quinti. Anno primo. Præſulatus vero noſtri, Anno tertio.

CON-

CONFIRMATIO INSTITUTIONIS *Lectoris Theologi ac Pænitentiarij cum iam aſsignata prouiſione.*

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus nobis in Chriſto dilectis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & ceteris Canonicis cathedralis eccleſiæ noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Anno ſuperiori quandam conſtitutionem iuxta ſacri concilij Tridentini decreta, veſtro etiam interueniente conſilio, edidimus, talis tenoris:

Frater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Venerabilibus atque Reuerendis, &c.

Poſtquã ad huius Eccleſiæ gubernacula tractanda diuino & Apoſtolico munere aſſumpti fuimus; nihil magis nobis fuit cordi, quàm vt quæ & præſens diœceſis neceſſitas poſtularet, & ſacrorũ canonũ decreta exigerent, ea ſedulo præſtaremus. Hinc eſt, quòd piis ſummorum Pontificum & probatorum conciliorũ maxime Tridentini conſtitutionibus inhærentes, ne cæleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, interueniente etiam veſtro conſilio, ac matura deliberatione, ordinamus, vt iuxta ſacrum concilium Tridentinum, lector ſacræ Theologiæ ſuſcipiatur, qui in cathedrali eccleſia, diebus Dominicis, & aliis feſtiuis, populo ſacras litteras exponat, & clerum conſcientiæ caſus certis temporibus doceat. Similiter etiam Pænitentiarius, qui magiſter ſit, vel doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs qui aptior reperiatur. Quia vero propter eccleſiæ noſtræ

Seſſ. 5. c. 1. ref. & ſeſſ. 24. c. 8. refor.

noſtræ inopiam, & beneficiorum tenuitatem duæ diſtinctæ perſonæ ad ea munera obeunda ſuſtentari non poſſunt, decernimus & mandamus, vt qui lectoris officio fungetur, is etiam pænitentiarij munus obire debeat; id quod commode præſtari poteſt, cui propterea præbendam canonicalem quomodocunq. præterquam ex cauſa reſignationis, primo vacaturam, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ipſo facto perpetuo conſtituimus & deputamus, vnà cum diſtributione quotidiana, ſiue ſacris officiis, quibus alij canonici ratione diſtributionis huiuſmodi intereſſe debent, præſens ſit, ſiue non ex legitima cauſa, hoc eſt, ſi eo tempore in dictorum munerum exercitio neceſſario fuerit occupatus, & propter præbendarum canonicalium tenuitatem vno, aut altero etiam ſimplici beneficio ad ſufficientis ſuſtentationis complementum, vt eo commodius & diligentius dictis oneribus ſatisfacere poſſit. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. LXXXIIII. die vero 2. menſis Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Papæ Gregorij XIII. Anno XIII.

Quam ſane cōſtitutionem rationabilibus cauſis nos mouentibus ad maiorem eiuſdem corroborationem & firmitatem ſub hoc Pontificatu Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Sixti Quinti Pont. Max. renouandam duximus. Quapropter omnia & ſingula in dicta noſtra conſtitutione contenta per præſentes de nouo cōfirmamus, approbamus, & ratificamus. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium, &c. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno M. D. LXXXV. die vero prima menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Sixti Papæ Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri anno tertio.

EDI-

EDICTVM CIRCA INFIRMORVM *tractationem, & curam ſpiritualem, necnon medici temporalis acceſſum, ac progreſſum.*

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Vniuerſis cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, conditionis, ſtatus, & ſexus eccleſiaſticis, & laicis noſtræ diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ex quo huius eccleſiæ gubernacula, Deo ita diſponente, tractanda ſuſcepimus, eo mentis noſtræ aciem dirigendam putauimus, vt ad gregis nobis commiſſi ſalutem omnes animi cogitationes, & induſtriæ neruos, quammaxime intenderemus. Hinc ſane illud eſt, quod ſuperioribus diebus ſalutari remedio prouidimus, ne qui morbo conflictati propria, aut parochi culpa ſine debita ſacramentorum eccleſiaſticorum receptione è viuis migrarent, id quod ante frequenti vſu euenire ſolebat. Verum quia nec id ſatis eſſe ad morientium tranſitum debite ac pie diſponendum poſtmodum intelleximus, atque ex aliorum experta relatione compertum habemus, quòd ſæpe contingat, vt ægroti non ſua, aut parochorum negligentia ante debitam ſacramentorum eccleſiaſticorum prouiſionem è vita decedant, ſed cognatorum, & domeſticorum impia quadam commiſeratione, qui non ſpiritu, ſed ſenſu vitæ humanæ fragiles rationes & caducas metientes, & carnali, ac pernicioſo quodam dementati animi affectu adducti, dum corpori & ſanguini blandiri ac ſeruire ſtudent, ritã ſacramentorum Eccleſiæ ſuſceptionem retardantes, aut etiam omnino impedientes, animam, qua in homine nihil precioſius, excelſius, ac Deo gratius, in apertum ſalutis diſcrimen,

ſcrimen, & implicatos periculorum laqueos conijciūt; volentes huic graui malo ex paſtorali noſtro officio opportune ac debite prouidere, omnibus & ſingulis ſupradictis eccleſiaſticis & laicis vtriuſque ſexus diſtricte præcipiendo iniungimus præſentium tenore, & ſub interminatione maledictionis æternæ mādamus, vt quotieſcunque aliquem domi ſuæ habuerint ægrotantē, ſimulátq. decumbere cœperit, iuxta Pij V. ſanctæ memoriæ conſtitutionem, parochū vocent, iuxta illud Iacobi Apoſtoli: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ: & parocho, vt venire feſtinet, cum etiam non vocatus ſua ſponte ex officij debito, id præſtare teneatur, nec illa ſolum vice, ſed conſequentibus etiam ſingulis diebus quoad eius fieri poteſt ægrotum inuiſere debeat, quem prius fuſis ſuper eum orationibus & cohortatoriis verbis ex ſanctæ matris Eccleſiæ ritu pie conſoletur, iuxta eundem Apoſtolum dicentem: Et orent ſuper eum, quia oratio fidei (inquit idem Apoſtolus) ſaluabit infirmum, & alleuiauit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Deinde temporibus ſibi bene viſis de ſacroſanctis Eccleſiæ ſacramētis, hoc eſt, confeſſione, Euchariſtia, & extrema tandem vnctione, iuxta eundem Apoſtolum inquientem: Vngentes eum oleo in nomine Domini, infirmo debite prouideat, & in agone iuxta ritum ſanctæ matris Eccleſiæ, animam eius Deo cōmendet, ad quorum ſacramentorum deuotam ſuſceptionem & neceſſariam non ſolum, verum etiam ſi Deus eum ad ſe vocare diſpoſuerit, ad mortis agonem fortiter, & patienter ſuſtinendum, eiuſq. præparationem non tam parochus, quàm etiam decumbentis cognati, familiares, ac domeſtici ipſum frequenter ac diligenter, iuxta prædictam Pij Quinti conſtitutionem, inducere, diſponere, & confirmare debent, Chriſti Saluatoris noſtri exemplo ob oculos poſito, qui paralytico ad ſe adducto prius peccata dimiſit, quàm ſanitatem priſtinam reſtituerit, quia, teſte D. Hieronymo, propter peccata pleraſq. eue-

Iac. 5.

Cognati ægrotantium tenētur aduocare proprium ſacerdotem.

Parochus licet nō vocetur, tenetur viſere ſubditos ægrotātes. illiſq. de ſacramētis opportune prouidere

Quā curā gerere debeat parochus in infirmos.

Saluator prius peccata infirmis dimiſit, quàm ſanitatē reſtitueret

Propter peccata plerunq. eueniūt aduerſa.

nire corporum debilitates, Ezechiæ Regis etiam habemus exemplum, qui graui morbo correptus, & morti propinquus facie ad parietem conuerſa, & contrito corde ingemiſcens in peccatorum ſuorum vera pænitentia Deum inuocauit, ac vitæ prorogationem meruit obtinere. 4. Reg. 20

Verum quia poſſet accidere, vt aliqui ſalutaria hæc monita, & mandata noſtra non tanti æſtimantes, quanti oporteret, aut parochum admonere negligerent, vel ſponte venientem domo prohiberent, aut certe impedirent, quo minus neceſſarium infirmo officium impendere poſſet, mente ad humanos reſpectus, & carnales curas deflexa: hoc etiam impedimenti genus quoquomodo poſſumus remouere cupientes, ſub pœna excommunicationis, aliisq. pœnis à ſummis Pontificibus Innocentio tertio, & Pio Quinto latis, omnibus & ſingulis Medicis, tam chirurgis, quàm phyſicis, interdicimus, ac prohibemus, ne ſecundo ad infirmi curationem venire poſſint, niſi prius parochus accerſitus fuerit, & iuxta ipſius monita, & iuſſa animæ neceſſitati ſubuentum.

Medici non ſecũdo ægrotũ adeãt, niſi parochus fuerit accerſitus.

Conſtitutio vero Pij Quinti, in qua etiam Innocentianæ meminit, eſt ſequens.

Cõſtitutio Pij V. in medicorũ curã circa ægrotos, q̃ etiã Innoc. III. amplectitur conſtitutionem.

Pius Papa Quintus, ad perpetuam rei memoriam. Supra gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ diuinitus creditum, vigilis ſpeculatoris, prout nobis deſuper conceditur, exercentes officium ad ea, per quæ animarum ſaluti cum diuini nominis gloria conſuli valeat, libenter intendimus, vt Chriſtifideles poſt baptiſmum in peccata lapſi per ſacramentum pænitentiæ Deo reconcilientur; ſane cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccatis proueniat, dicente Domino languido, quem ſanauerat, Vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat; ac propterea prouide fel. re. Innocentius III. prædeceſſor noſter Medicis præcepit, vt cũ eos ad ægrotos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, vt animarũ medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema ægritudine

tudine conſtitutis ſuadetur, in deſperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam ſalutare præceptum nulla temporis præſcriptione aboleri, ſed ſemper obſeruari conſtitutionẽ præfatã, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus, & hac noſtra in perpetuum valitura cõſtitutione ſtatuimus, & decernimus, quod omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipſos ante omnia moneant, vt idoneo confeſſori omnia peccata ſua, iuxta ritum S.R.E. confiteantur, neque tertio die vlterius eos viſitent, niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam ſuper quo eius conſcientiam oneramus, conceſſerit, & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quod infirmi, vt præmittitur, peccata ſua confeſſi fuerint.

Medici tertio infirmũ non viſitẽt inconfeſſum, niſi parochus id iudicet.

Coniunctos vero, ac omnes familiares, & domeſticos infirmi in Domino rogamus & monemus, vt de infirmitate parochum certiorẽ faciant, ac tam parochus, quàm coniuncti & familiares præfati infirmum ad confeſſionem peccatorum ſuadeant, & inducant.

Infirmorũ ꝓpinqui eos ad confeſſionem diſponãt.

Quòd ſi qui Medicorum præmiſſa non obſeruauerint, vltra pœnas in dicta conſtitutione contentas, quas incurrere declaramus, perpetuo ſint infames: & gradu Medicinæ, quo inſigniti erant, omnino priuentur, & à Collegio, ſeu vniuerſitate Medicorum eiiciantur, ac pœna etiam pecuniaria arbitrio ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur.

Pœna medicorũ conſt. Pij V. non ſeruantium.

Et vt hæc omnia inuiolabiliter obſeruentur, volumus, & eadem auctoritate præcipimus & mandamus, vt nullus poſthac vbique locorum in Medicina doctoretur, aut ei quomodolibet medẽdi facultas à quouis Collegio & vniuerſitate concedatur, niſi omnia in præſenti noſtra conſtitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico & teſtibus obſeruare in eorum manibus, vel ordinarij iurauerint, & de huiuſmodi iuramento in priuilegio, ſeu licentiam medendi ſpecialis mentio fiat.

Ad Doctoratus gradum in medicina non aſſumantur, qui cõſt. Pij V. ſeruaturos non prius iurauerit.

Quod ſi collegia, & vniuerſitates præfatæ non recepto à promouendis iuramento huiuſmodi eoſdem ad

Pœna in promouentes medicos, nõ recepto ab eis iuramento.

gradum prædictum promouerint, aut eiſdem medendi licentiam præſtiterint, pœnam priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus & ſingulis Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus in ciuitatibus & diœceſibus ꝓpriis præſentes noſtras litteras publicari faciāt, ac iuramētū prædictū à medicis iam promotis ſeu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remediis exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diœceſibus prædictis admittant, niſi eis conſtiterit, eos iuramentum huiuſmodi præſtitiſſe: & contumaces, & iurare, ac iuramentum huiuſmodi iam præſtitum exhibere recuſantes gradu Medicinæ, & omnibus priuilegiis eiſdem Medicis, tam coniunctim, quàm diuiſim eis, & eorum cuilibet conceſſis, per quoſuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingreſſu Eccleſiæ arceant, donec reſipuerint. Non obſtantibus præmiſſis priuilegiis, indultis, litteris Apoſtolicis, quibuſuis perſonis, Collegio, & vniuerſitati ſub quibuſuis verborum formis, & tenoribus conceſſis. Quæ omnia quoad effectum validitatis conſtitutionis noſtræ tantum reuocamus, caſſamus, & annullamus, & omnes Principes ſeculares, ac alios dominos, & magiſtratus temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Ieſu Chriſti, eiuſdem in remiſſionem peccatorum nihilominus iniungentes, quòd in præmiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum fauorem, & auxilium præſtent, ac contrafacientes pœnis etiam temporalibus afficiant. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die viij. Martij. 1566. Pont. noſtri anno primo.

Non prius medicinā exercere permittantur, quàm ſe iuraſſe fecerint conſtare.

Cæterum cum intellexerimus nonnullos vtriuſq. ſexus ægrotis ſub prætextu medicaminis ſuperſtitioſa adhibere remedia conſuetos eſſe, ad fraudem huiuſmodi remouēdam, omnibus & ſingulis etiam Medicis ſub intermi-

Nil contra ſalutē aię ęgroto in medicinā ſuadeatur

terminatione anathematis prohibemus, iuxta prædictã conſtitutionem Innocentij tertij, ne quis pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur, cum anima ſit corpore longe pretioſior. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini. M. D. LXXXV. die vero xv. menſis Maij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Sixti Papæ Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri Anno tertio.

EDICTUM PRO ORDINE MONTIS *Virginis, circa concionem oppidi Argentij.*

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum retroactis annis ſub prædeceſſore noſtro piæ memoriæ laudabilis mos introductus fuerit, vt ij regularium ordines, qui in terra Argentij noſtræ diœceſis Monaſteria habent, alternis vicibus concionandi munus Quadrageſimali tempore obirent, donec omnes æqua diſtributione circularem periodum continuatis temporum ſpatiis repetendam abſoluiſſent, eam nos conſuetudinem commendantes & approbantes etiam Monaſterium Montis Virginis in dicta terra exiſtens illorum numero aggregatum (ſicuti iuſtum eſt) eſſe volumus, ita vt ordo iſte hac in parte eodem poſthac vti & potiri debeat priuilegio, quo alij iam nominati ibidem vtuntur, & fruuntur: reſeruantes tamen nobis, & noſtris pro tempore ſucceſſoribus liberam facultatem nominandi & eligendi ipſum Concionatorem in quolibet ordinum prædicto-

dictorum, & quauis vice. In quorum fidem & teſtimonium his noſtra manu ſubſcriptis ſigillum noſtrum apponi iuſſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Agathen. die xviij. Iunij, Anno Domini M. D. LXXXV. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Sixti Papæ V. Anno primo. Præſulatus vero noſtri anno tertio.

EDICTVM DE DOCTRINA Chriſtiana docenda, & confraternitatibus ad id erigendis.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus nobis in Chriſto dilectis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & reliquis Canonicis, necnon Vicariis foraneis, Archipresbyteris, Parochis, cæteriſq. curam animarum habentibus, & vniuerſo clero ac populo ciuitatis ac diœceſis noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quanti referat ad pietatem, quam D. Paulus Apoſtolus magnifice commendat, & ad omnia vtilem eſſe monet, in Chriſtianorum animis ſerendam, excolendam, & confirmandam, vt iuuentus priuſquam mentē appellat ad malum, & ſuccreſcentibus cum ætate vitiis, in carnis & peccatorum libertate, altas radices agat, in timore Domini, qui ſapientiæ initium eſt, doctrinæ Chriſtianæ ſtudiis ad ſalutem neceſſariis, & omnium virtutum, morumq. probata diſciplina recte informentur, aſſidueq. exerceatur, & litteræ tum humanæ, tum diuinæ multis in locis aperte docent, & quotidianus vſus certum præbet experimentum. Bonum eſt enim viro cum portauerit iugū ab adoleſcentia ſua, eo quod adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit non recedat ab ea. Hinc eſt, quòd ſancta mater Eccleſia ſapientiſſime do-

1. Tim. 4.

Iuuentus doctrina, & moribus chriſtianis inſtituatur.

Thren. 3. Prouer. 22.

me docuit, & docet, vt parentes, vel vbi hi defecerint, compatres è ſacro baptiſmi fonte ſuſceptos, ſimulatq. ad ætatem intelligentiæ aptam peruenerint, in catholicæ fidei rudimentis, & doctrina diligenter erudiant, ac paulatim pro ætatis acceſſione, & ingeniorum captu eos ad maiora Chriſtianæ religionis myſteria intelligenda, & ſectanda diſponant. Quare cum baptizati per baptiſmum ipſum vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ debitores fiant, ac parentum & compatrum ſegnior cura debitiq. erga eos officij grauior neglectio pleroſq. ad interitum præcipites ferat, & alios in multos periculorum inducat laqueos pro paterno amore noſtro, & munere paſtorali, quo fungimur, huic pernicioſo errori mature ſuccurrendum & conſulendum fore exiſtimauimus: cum enim pro iis omnibus, quorum ſalus & vita nobis commiſſa & credita eſt, ratio ſit coram Deo reddenda, nihil potius, & antiquius noſtris partibus arbitramur, quàm vt ibi adhibeantur remedia, vbi maxime opus videtur. Cum itaque non ſine graui mentis perturbatione, ac mærore animi, certa & fide digna relatione acceperimus, imo nos ipſi ex pietatis Chriſtianæ decremento, quod intuemur quotidiana quaſi experientia, facile poſſimus coniicere, quamplurimos eſſe per hanc diœceſim noſtram, non modo iuniorum, verum etiam aliorum in adulta & grandiori, quin etiam ſenili ætate conſtitutorum, quos diuinæ legis, & rerum ad ſalutem neceſſariarum ignorantia ita oppreſſit, vt nihil minus, quàm de Deo, & animæ ſalute meditentur, cogitationem & curam noſtram referendam præ aliis putauimus, vt vrgenti huic neceſſitati opportune prouideretur, & de iunioribus ac ſenioribus, qui opus habent, in fidei & Eccleſiæ præceptis, & dogmatibus ad ſalutem ac pietatem neceſſariis debite inſtituendis & informandis commodæ rationes inirentur. Proinde ſacroſanctorum canonum decretis, ac litterarum Apoſtolicarum auctoritate & præſidio fulti, necnon communi omnium ſalutis neceſſitate, quæ in tota hac

Patrini deficientibus, parentibus tenentur curare, vt ſpũales filij chriſtiane inſtruantur.

Conc. Tridẽt. ſeſſ. 7. can. 7.

tota hac noſtra diœceſi ſeſe perſpectã ſatis ſuperq. præbet, impulſi ſalubriter ſtatuendũ & decernẽdũ duximus, prout præſentium tenore ſtatuimus & decernimus, vt in hac cathedrali ciuitate, & alibi per totam diœceſim noſtram pro qualitate locorum & commoditate, ij, ad quos ſpectabit, ſub forma & ſerie, quam hic præſcribimus, pueros, & alias perſonas Chriſtianæ veritatis ignaras in fidei rudimentis inſtruendi ac diligenter in via mandatorum Domini, & bonis moribus dirigẽdi curã ſubeant & exerceant, omnem operam adhibituri, vt res, quam ad ſalutem, & vtilitatem communem dirigere intendimus, fructuoſe progrediatur.

Mandatum per totam diœceſim de inſtituenda iuuentute in rudimentis fidei.

In primis, quia homines ſi à pueritia recte inſtituantur, in reliqua etiam ætate melius vitæ ſuæ rationes moderantur. Parochi, iuxta ſacri concilij Tridentini decretum, ſaltem Dominicis & aliis feſtiuis diebus pueros & puellas in parochiis ſuis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligentur ab aliis, ad quos ſpectabit, inſtitui & informari curabunt, & ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas compellent.

Parochi dieb. feſtis pueros & puellas in parochiis doctrinam Chriſtianam doceant

Seſſ. 24 c. 4. de refor.

Tempus autem doctrinæ Chriſtianæ docendæ commodiſſimam videtur inter meridiem & veſperas. Vtentur ea catechiſmi formula, quam nos trademus, interimq. ne huius operis effectus, longius prorogetur, eam accipient, quæ Neapoli in vſu iam eſt. Qui docebunt, non modo ſtudeant, vt diſcentes attente audiant, quæ proponuntur, ſed eos etiam ita exerceant, vt de auditis & perceptis exactam reddere rationem memoriter poſſint.

Tempus docendæ doctrinæ Chriſt.

Vt debitus decor ſeruetur, pueri & puellæ in locis ſeparatis doceantur, hæ quidem à mulieribus, illi vero à viris idoneis & piis per nos aut Vicarios noſtros generalem vel foraneos approbandis. Atque vt rem Chriſtifidelibus ita ſalutarem toto pectore promoueamus, ordinamus, iuxta bullas Apoſtolicas, vt in ſingulis diœceſis noſtræ locis, vbi præfati pueri & puellæ ad audiẽdam doctrinam Chriſtianam conuenient, ſocietates, ſeu confrater-

Pueri à puellis ſeparatim doceantur: pueri à viris, & puellæ à mulieribus.

fraternitates tam mulierum, quàm virorum, ad hoc ſanctiſſimum opus exercendum erigantur, & inſtituantur; quibus vt promptius & alacrius ad hanc curam ſubeundam alliciantur, & eo libentius onus hoc ſuſcipiant, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ perſpexerint, ſe vberius refectos, ſancta ſedes Apoſtolica Theſaurum Eccleſiæ aperiens ſalutares indulgentias conceſſit.

Societates doctrinæ Chriſtianæ erigantur.

Pius Quintus ſanctæ memoriæ die ſexta Octobris, anno M. D. LXXII. Pontificatus ſui anno ſexto, Bullam edidit, in qua omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, ſeu ſtatutis à iure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus, qui in aliquam dictarum ſocietatum ſeu confraternitatum vbilibet conſtitutarum intrauerint, & adſcripti fuerint, illis videlicet, tam qui alios docuerint, quàm qui ab aliis in articulis fidei, & præceptis Eccleſiæ huiuſmodi inſtructi fuerint, quotieſcũque in præfato ſanctiſſimo exercitio ſe occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis pænitentiis auctoritate Apoſtolica miſericorditer in Domino relaxauit.

Indulgentiæ ſocietati doctrinæ Chriſtianæ à Pio v. & Gregor. xiij. conceſſæ.

Gregorius etiam XIII. fel. rec. in Bulla, quam die xxi. Octobris anno M.D.LXXIII. Pontificatus ſui anno primo, emiſit, tam pium, & nunquam ſatis laudandum opus amplioribus etiã gratiis & ſpiritualibus muneribus proſequi volens, dictos quadraginta dies ad centum dies eadem auctoritate extendit & ampliauit, ita quòd perſonæ ſupradictæ præmiſſa adimplendo, non ſolum dictos quadraginta dies, ſed centum dies indulgentiæ præfatis diebus & temporibus, vt præfertur, in totum conſequantur, & conſequi poſſint.

Idem in alia Bulla, quæ ſexto Calen. Iunij, an. 1576. Pont. ſui anno quinto emanauit, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui in dictam confraternitatem doctrinæ Chriſtianæ intrauerint, in eorum ingreſſu huiuſmodi quotieſcunque peccata ſua confeſſi fuerint, & ſacram communionem receperint, decem an-

nos, & totidem quadragenas indulgentiæ communicauit.

Item conceſſit dictis confratribus vtriuſque ſexus, ſi confeſſi fuerint, & ſacram communionem receperint x. annos & totidem quadragenas bis in anno.

Item dedit dictis confratribus, deſcriptis & deſcribendis centum annos indulgentiæ quotieſcunque in huiuſmodi ſancto exercitio ſe occupauerint.

Item centum dies, quotieſcunque ſe in vnum congregauerint, & de rebus ad promotionem & felicem ſucceſſum inſtitutionis puerorum in doctrina Chriſtiana pertractauerint.

Item dictis confratribus, qui ſingulis annis ſemel, iuxta determinationem, & prouidam ordinationem ſuorum ſuperiorum, vere pænitentes & confeſſi, ſacrā communionem receperint, necnon eiſdem ſimiliter contritis, & pænitentibus pro tēpore decedentibus in cuiuslibet eorum mortis articulo plenā omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino elargitus eſt.

Quæ omnia & ſingula vt debitā ſortiantur executionem in linguam vernaculam translata vbique per diœceſim, in quibus oportebit locis publicentur, & parochi ſub interminationis maledictionis æternæ, ita officium ſuum huc conferant, vt nihil per illos ſtet, quo minus hæc diligenter adimpleantur. Atque vt primo quoque tempore res ita vtilis ac neceſſaria ad animarum ſalutem ad effectum debite adducatur, omnibus & ſingulis parochis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna noſtro arbitrio reſeruata diſtricte præcipiendo mādamus, vt infra quindecim dies ab harum publicatione quiſq. exemplum ex iis deſumptum habeat, & hoc ipſum opus in ſua eccleſia feliciter inchoet. Vicarius autem generalis per ſe & per foraneos tanquam ſubordinatos opportunis modis curet, vt omnia executioni mature ac debite demādetur. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac te-

Mandatū de publicandis indulgentiis & doctrinæ Chriſtianæ ligua vernacula.

ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini. M. D. LXXXV. die vero xx. menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Sixti Papæ Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri Anno tertio.

EDICTVM DE SERMONE A Parochis ad populum habendo, de celebratione dierum feſtorum, de ſacræ confeſſionis & communionis frequentatione, ac modo, de proceſſione ſanctiſſimi corporis Chriſti, de ſacri viatici ad infirmos deportatione, & funerum comitatu.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis & Venerabilibus nobis in Chriſto dilectis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & reliquis Canonicis, necnon Vicariis noſtris foraneis, Archipresbyteris, Parochis, cæterisq. curâ animarum habentibus, & vniuerſo clero ac populo ciuitatis ac diœceſis noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Edictũ nuperrime de doctrinæ Chriſtianæ inſtitutione informationeq. euulgauimus, vt iuuentuti, aliiſq. in ea parum verſatis ad conſequendam ſalutem prodeſſemus: fieri enim minime poteſt, vt qui recte operentur, niſi prius norint, qua ratione debeant operari. Quia vero præter doctrinæ Chriſtianæ docendæ, & addiſcendæ fundamentum, alia ſunt, quæ Chriſtianos ſcire & agere ad beatitudinem capeſcẽdam maxime refert, ne quid omitteremus de noſtri officij debito, maiora quædam, & ad vitæ Chriſtianæ cultum potiora ſummeq. neceſſa-

ria capita delegimus è multis ad communem omnium vtilitatem, quæ hic obſeruanda, atque in vſum referenda peculiariter proponerentur.

Curatores animarum ad populum diebus feſtis concionē habere iubentur.

In primis ordinamus & ſerio iniūgimus parochis noſtris, atque aliis quibuſcunque curam animarum habentibus, vt, iuxta ſacroſancti concilij Tridentini decreta, per ſe aut per alios ſaltē omnibus Dominicis, & ſolemnibus diebus feſtis inter miſſarum ſolemnia, aut diuinorum celebrationem, ſacras ſcripturas, diuinamq. legem populo annuncient, & ſalutis monita, qualia ſunt oratio Dominica, angelica ſalutatio, Symbolum fidei, decalogi, & Eccleſiæ præcepta, necnon alia id genus noſtræ religionis fundamenta, & myſteria lingua vernacula explanent, eademq. in omniū cordibus poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere ſtudeant, vt poſteaquam ij, quorum ſalutem ſuæ curæ commiſſam habent, ſatis inſtructi fuerint, quid vitare, & quid ſequi oporteat, recte agendo ſempiternam mortem euadere, & immortalem conſequi vitam poſſint. Moneant autem populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ ſuæ ſaltem diebus Dominicis & maioribus feſtis intereſſe, vbi commode id fieri poteſt: ad audiendum verbum Dei, nosq. diſtricte id mandare: fit enim plerumque vt populo Chriſtiano multa grauia incommoda eueniant, eo quod legem Domini negligit, & ignorat. Propterea prædictis diebus Dominicis, & aliis feſtiuis confraternitates nulla negotia ſeu ſpiritualia, ſeu temporalia tractent, eo tempore quo proprius parochus miſſam celebrabit, & ad populū ſermonem habebit, ſed vbi quid neceſſarium incidet; id ante vel poſt expediant, & omnes ſacro & adhortationi interſint. Ne vero populus cathedralis ciuitatis impediatur, quo minus in maiori eccleſia ſummis officiis, quæ canuntur, intereſſe queat, ſingularium parochiarum ibidem exiſtentium Rectores ita tempeſtiue ſuum peragant officium, vt populus etiam ad ſummam eccleſiam tempore miſſæ maioris cōuenire poſſit.

Concil. Tridēt. ſeſſ. 11. in decr. poſt cano. circa fin.

Quæ Parochus p̄ ſertim explicare teneatur.

Parochiani ſacro & concioni ſui parochi diebus feſtis de p̄cepto intereſſe teneātur.

Parocho celebrāte vel concionante ceſſent confraternitatū negotia

In Ciuitate Agathenſi Parochi feſtiuis diebus tempeſtiue munia expediant quò popul' officijs in cathedrali intereſſe poſſit.

Quoniam

Quoniam Dominici & alii dies feſti inſtituti ſunt, vt vtriuſq. ſexus Chriſtifideles ab omni opere ſeruili quieſcant, rebus ſpiritualibus, quæ ad animæ ſalutem pertinent, vacando, & ſancta pietatis officia exercendo, hortamur quammaxime & monemus omnes, vt propriæ ſalutis memores prædictis diebus non tam mane ad ſacra & conciones, quàm etiam pomeridianis horis ad veſperas conueniant, religioni incumbant, & Christianæ charitatis operibus exerceantur, aleæ luſus, pernicioſa conuenticula, & ſimiles bonorum morum corruptelas vitantes. Quo etiam facient magnopere lectiones, quæ tum in hac cathedrali ciuitate, tum etiam in diœceſis noſtræ oppidis Ayrolæ & Argentij poſt veſperas de ſacris rebus habebuntur, quibus vt omnes interueniant, maiorem in modum optamus, & requirimus.

Fideles vtriuſque ſexus ab operib⁹ ſeruilibus diebus Dominicis & alijs feſtiuis abſtineãt vacaturi ſpiritualibus.

Et quia ſicut naturalis homo perſiſtere in vita nõ poteſt, niſi corporali cibo ſuſtentetur, & infirmus ſanari, niſi medicina iuuetur: ita cæleſtis homo ſpirituali cibo corporis Chriſti ad vitam æternam paſci, & infirmus pænitentia curari debet: ob id in primitiua Eccleſia quando Chriſtiana religio maxime feruebat, in more & vſu poſitum erat, vt omnes Chriſtifideles ſingulis diebus communicarent; deinde tamen vbi ſpiritus ille ardensq. diuinarum rerum affectus in cordibus humanis frigeſcere cœpit, ad dies tantum Dominicos deuentum eſt: demum etiam rarius res hæc ita neceſſaria & ſalutaris factitari cœpta eſt, adeo vt quamplurimi ſint, qui ægre ſemel in anno ad ſacram communionem accedunt, qui forte ne tunc quidem communicarent, niſi humano pudore & præcepto Eccleſiæ tenerentur; quid quod etiam aliqui penitus ſalutem ſuam negligunt, captata ſubterfugiendæ communionis occaſione Satanæ inſtinctu? Nos vero omnes & ſingulos diœceſis noſtræ vtriuſque ſexus homines maiorem in modum commonefacimus, hortamurq. vt quotidie quemadmodum corpus cibo terreno paſcunt, ita etiam animam diuino pane ſpiritualiter foueant,

Ita anima indiget ſpirituali cibo, vt corpus corporali.

Conſilium de fre quentando quotidie ſacro vt pſertim fideles cõmunicent celebranti.

ueant, ſacerdotem miſſam celebrantem attente ac deuote audiendo, imo etiam in Venerabili Euchariſtia ſacramentaliter ſumenda frequentiores ſint præmiſſa confeſſione, & peccatorum admiſſorum expiatione: nullum enim hoc efficacius præſidium eſt, ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas. Quare maxime optaremus, vt præter tempus paſchale, quo ex præcepto Eccleſiæ debent, etiam ſingulis menſibus ſemel, aut ſaltem quater in anno, ſi non ſæpius ad confeſſionem & communionem faciendam propoſitum ſuſciperent, ac reipſa exequerentur, id quod vt diligenter efficere debeant, quemadmodum eos compellere minime volumus, ita vt ſua ſponte, & vltro quod à nobis efflagitatur, præſtare velint, monendo & hortando expetimus atque vrgemus. Quinimo ſacri canones volunt vnumquemq. laicum fidelem ter ad minus in anno communicare debere: nam ex concilio Agathenſi cap. 18. ſic habetur; Seculares, qui in Natali Domini, Paſcha, & Pentecoſte non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Et ex concilio Elibertano; Omnis homo ante ſacram communionem à propria vxore abſtinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus: nec inter catholicos connumerabitur, qui in iſtis videlicet temporibus, Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini non communicauerit. Nemo autem ad ſacram communionem admittatur, niſi ſciat memoriter ſaltem orationem Dominicam, ſalutationem angelicam, & ſymbolum Apoſtolicum.

Conſilium fidelib' vt ſingulis mẽſibus vel ſaltem quater in anno cõionẽ ſumant.

De cõſ. diſt. 2. cap. 19.

Ead. d. c. 21.

Illud vero etiam prætereundum non eſt, ita refrixiſſe pietatem, vt etiam in acceſſu ad ſacram communionem tempore Paſchali à diœceſis noſtræ quãpluribus hominibus exigua ſane reuerentia adhibeatur. Nam etſi magna ex parte ſemel tãtum in anno communicent, ita vt conſcientiam peccatis aggrauatam habeant, confeſſionem tamen in extremos dies reiiciunt, atque ita male parati ad ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſumptionem accedunt,

dunt, Parochos & alios Confeſſarios præter modum onerãtes, atque à diuinis officijs, quibus ſunt per id tempus occupati, diſtrahentes. Quare ordinamus, ſi poſthac, qui ſacramentis pœnitentiæ, & altaris ſemel tantum in anno vtuntur, ante feriam quintam hebdomadæ ſanctæ confeſſionem peccatorum ſuorum non fecerint, ne illis diebus ſanctis audiantur, niſi rationabile aſſignauerint impedimentum, per nos aut Vicarium noſtrum generalem in hac ciuitate, alibi vero per loci Vicarium approbandum. Vtque communio paſchalis cum maiore reuerentia ac præparatione in poſterum capiatur, decernimus, ne qui vna tãtum vice quotannis videlicet paſchali tempore confitentur & communicant, ad communionem prius admittantur, quàm quinque ad minus dies poſt confeſſionem elapſi ſint: qui autem bis in anno confiteri & communicare conſueuerunt, expectent cũ communione donec duo dies à confeſſione tranſierint, & prius reconcilientur, quàm ad communionem accedãt: qui vero ſemel in menſe, aut ſexies ſaltem in anno hoc ſalutare remedium accipere ſoliti ſunt, etiam poſtridie eius diei qui confeſſi ſunt, communicare poſſint, niſi aliter Confeſſario ex aliqua cauſa videatur. Confraternitatibus vero, quæ ex inſtituto ſuo habent certos dies ſacræ communioni faciendæ præfixos, eos vt exacte, & fideliter obſeruent, & cuſtodiant ſub diuina vltione mandamus.

Qui ſemel tantũ in anno confiteri & communionẽ ſumere conſueuerunt nõ audiantur abſque ordinarij licentia: niſi ante feriã quartam cœnę Domini fuerint cõfeſſi.

Semel tantũm in anno ſacramentũ Euchariſtiæ ſumentes, ad illius ſumptionem nõ admittantur niſi quinque dies à confeſſione ſaltẽ intercefſerint.

Bis in anno Euchariſtiã ſumentes, duos dies expectent poſt confeſſionem.

Qui ſingulis menſibus vel ſexies in anno communicare conſueuerũt id ad libitũ poſt confeſſionem faciant.

Et quia pro huius ſacramenti maieſtate per Chriſtianorum orbem ferme vbique ſolemus ſupplicationes ſingulis ſeptimanis aliquo die commodo fieri ſolent, ordinamus, vt in hac ciuitate cathedrali, & alibi per diœceſim, vbi locus feret, confraternitates ſanctiſſimi ſacramenti Corporis Chriſti omnibus diebus Dominicis, vel ſaltem ſemel in menſe, idque in die Dominica, mane ante aut poſt ſummum ſacrum vnà cum clero hymnum de Chriſti corpore decantante proceſſionem, in qua Venerabilis Euchariſtia ſub vmbella circumferatur cum cereis

Societas ſanctiſſimi corporis Chriſti in quolibet Archipresbiteratu erigatur.

Proceſſio corporis Chriſti ſingulis hebdomadis iteretur.

reis accenſis, per templum faciant, quatenus etiam populus ad tanti myſterij memoriam iugiter recolendam eo feruentior reddatur, quo frequentius perſpexerit eam celebrari.

Cum ſacra Euchariſtia ad infirmos deferenda eſt admoneantur confratres pulſu campanæ.

Cum apud Chriſtianos in frequenti more,& vſu poſitum ſit, vt vbi datur campanæ ſignum ad ſacram Euchariſtiam ad infirmos deferendam, multi ex populo confluant, ſacerdotem ſanctiſſimum Corpus Chriſti deportantem comitaturi,hic vero admodũ pauci non modo ex populo, ſed etiam ex confraternitatibus, ad id opus conueniant,adeo vt ſacerdos fere ſolus ire debeat, id quod certe exiguũ religionis & deuotionis affectum arguit, ſub diuini iudicij vltione confraternitatibus huius ſanctiſſimi Sacramenti in diœceſi noſtra exiſtentibus mandamus,vt per vices confratres aliquos pro temporis ac loci neceſſitate & cõmoditate hebdomadatim deputent, qui dato campanæ ſigno ſacerdotem ſacram Synaxim ad ægrotos ſub vmbella ferentem cum candelis accenſis comitentur: quinimo alios etiam ex populo hortamur, & monemus, vt quando commode poſſint, etiam ipſi accedant, eiuſdem meriti participes futuri.

Sacram Euchariſtiam comitentur confratres cũ luminibus accenſis lanterna, tintinnabulo & vmbella.

Cæterum quoniam ſepelire mortuos Chriſtianæ charitatis & miſericordiæ opus eſt, cuius in ſacris litteris Tobias magnopere commendatur, & Dauid Propheta illos extollit,qui Regem Saulem ſepelierant, inquiens, Benedicti vos à Domino, qui feciſtis miſericordiã hanc cum Domino veſtro Saul,& ſepeliſtis eum:ob id vtriuſque ſexus homines non modo laudamus, ſed etiam admodum commonemus & hortamur, vt funera vſque ad ſepulturam comitentur; & quia intelleximus, nonnullos, præſertim mulieres aliquas eo tẽpore defunctorum ædes non charitatis gratia,ſed potius cuiuſdam curioſitatis, & aliquando ſuperſtitionis cauſa ingredi,& elato funere multa deinde vana ac futilia garrire. huic abſurditati vt occurramus omnibus & ſingulis mulieribus diſtricte prohibemus, atque ſub diuina vltione præcipimus,

Hortãtur fideles fidelium funera comitari.

Tob c. 2 Reg. 2.

mus, ne vlla, quæ non ſit defuncto ſanguine vel affinitate iuncta, eius domum aſcendant: quòd ſi tamen de Chriſtiana charitate funus ad eccleſiam vſque comitari velit foris vel intus ad ianuam expectet, donec efferatur.

Mulieres domus externorum vbi fuerit mortui nō aſcendant, ſed expectent foris vel intus prope ianuam.

Quæ omnia vt debitum ſortiantur effectum, omnibus parochis & aliis curam animarum habentibus ſub diſtricto diuinæ vltionis iudicio & grauiſſima pœna mandamus, vt ea exacte obſeruent, & ſuos ad eadem obſeruanda, quoad eius fieri poterit, inducant. Vicarius autem generalis per ſe vel per foraneos tanquam ſubordinatos opportunis modis curet, vt omnia executioni mature ac debite demandentur. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno M. D. L X X X V. die vero x. menſis Iunij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Papæ Sixti Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri anno tertio.

EDICTUM CIRCA MUTATIONEM Officialium, & ratiocinia, confraternitatum, aliorumque piorum locorum.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Vniuerſis tam laicis, quàm Eccleſiaſticis noſtræ diœceſis cuiuſcunque ſint gradus, ſtatus, & conditionis, præſentes noſtras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Sæpe vſu euenit, vt quæ à maioribus ſunt pia opera inſtituta, ea à poſteris multis in rebus deprauentur, & niſi ſuperiorum correctio adhibeatur, per temporum interſtitia pereant. Proinde cum diœceſanorum noſtrorum pietas diuerſis in locis confraternitates & alia pia

loca cũ prouentibus & emolumentis annuis erexerit, in quibus cum dolore noſtro intelligimus multa fieri, quæ & fundatorum mentibus, & recte rationi aduerſantur, cum huiuſmodi confraternitatum, & piorum locorum præfecti, aliiq. officiales non mutentur ſingulis annis, prouentus & emolumenta non rite diſpenſentur, adminiſtrationis rationes tempore debito non reddantur, ſacerdotes ad miniſterium cultus diuini, abſque noſtra approbatione, ſuſcipiantur, etiam alienigenæ; ne officio noſtro deeſſemus, ea omnia, quæ à recto rationis & pietatis tramite deuiare & communem religionis & charitatis profectum impedire ac labefactare videntur, remouenda, & abolenda eſſe duximus. Quare præſenti noſtra conſtitutione ordinamus & mandamus, vt infra tres dies ab eius publicatione omnium confraternitatum ac piorum locorum Præfecti, ſeu Magiſtri, & alij officiales, cuiuſcunque gradus, ac ſtatus fuerint, qui in adminiſtratione huiuſmodi annum compleuerunt, amoueantur ab officiis huiuſmodi aliis idoneis, in eorum locum ſuffectis à nobis approbandis, & rationem eis, quos nos deputauerimus, reddant totius temporis, quo ea adminiſtrarunt, imo ſi infra dictum ſpatium non fuerint amoti, harũ vigore de facto amotos intelligi volumus, mandantes eis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ne huiuſmodi officia quoquomodo exerceant.

Officiales confraternitatũ & aliorum piorum locorũ ſingulis annis mutentur.

Officiales poſt tẽpus officij rationem reddant ordinario.

Egentium confratrum & aliorum maiorũ habeatur ratio quam hacte nus habita ſit.

In poſterum autem ſingulis annis ſub eadẽ pœna mutentur magiſtri & officiales omnes confraternitatum ac piorum locorum prædictorum, à nobis, ſeu noſtris ſucceſſoribus ſemper approbandi: rationesq. ponant adminiſtrationis ſuæ, vt prouentuum ac bonorum omnium diſpenſatio nota fiat, & confraternitatibus, ac reliquis locis piis huiuſmodi melius quàm factum eſt hactenus conſulatur, & diſpenſatione bonorum huiuſmodi habeatur ſemper maior ratio confratrum egentium quàm antea habebatur; præcipimus etiam confraternitatum ac piorum locorum prædictorum, tam capitibus, quàm

membris

membris, necnon quarumcunque aliarum eccleſiarum rectoribus, vt neminem poſthac ad cultus diuini miniſterium ſuſcipiant, neque ſuſceptum dimittant, niſi præuia noſtra aut ſucceſſorum noſtrorũ approbatione: tranſeuntes etiam ſacerdotes alienigenas, tam regulares, quàm ſeculares ad celebrandum in ſuas eccleſias & ſacella ne admittant, niſi formata ſeu teſtimoniales litteras ſacrorum ordinum, & dimiſſoriales ſuperiorum ſuorum oſtenderint, atque à loci vicario noſtro facultatem obtinuerint. Quibuſcunque in contrarium non obſtantibus. In quorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. L XXX V. die vero v i i j. menſis Auguſti, Pontificatus ſanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Papæ Sixti Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri Anno tertio.

Cõfraternitatum & aliorum piorũ locorũ Rectores non admittãt Sacerdotes, nec admiſſos expellant niſi de ordinarij ordine.

Clerici peregrini tã regulares quã ſeculares ad functiones ſacrorum ordinum non admittantur, niſi formata & habilitatis teſtimoniũ Vicario loci exhibuerint.

EDICTVM SVPER MATRIMONIJ contractu ac celebratione.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorũ, Reuerendis & Venerabilibus in Chriſto nobis dilectis quarumcunque Eccleſiarum parochis, & vniuerſis laicis vtriuſque ſexus diœceſis noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Ex multorum fide digna relatione, & noſtra etiam ſcientia comperimus in matrimoniorum contractione multa eaq; grauia ſubinde ſcandala emergere, quia ſacrorum canonum præſertim concilij Tridentini, & Syn. Prouinc. Beneuentanæ ſanctiſſima ſtatuta ac decreta nõ obſeruentur: plerique enim abſque proclamatione ter præmiſſa, & (quod peius eſt) ſine parochi præſentia, & extra eccleſiam, omiſſis debitis cæremoniis & proprij ſacerdotis benedictione neglecta, cohabitare, & ſeſe car

Abuſus in matrimonijs contrahẽdis.

naliter coniungere non verentur, in qua impudentia & peccato quoſdam adhuc durare ſuſcepta quoque prole intelligimus: Aliqui etiam ſunt, qui ſimulatque de dote conuenerunt, & capitula (vt vocant) ſtabilierunt, eò impudentiæ prouehuntur, vt ſacroſanctum matrimonium fædare, & ad thori communionem venire etiam ante ſponſalia de futuro nulla inuicem fide data non dubitent; Et quod horribilius eſt, quidam in gradibus ad contrahendum prohibitis etiam exiſtentes, & ſcientes, hæc facere non erubeſcunt, ſub ſpe obtinendæ diſpenſationis, pro qua tamen poſtea nonnulli parum laborant. Quare ſæpe euenit, vt etiam prolem inde ſuſcipiant, nec matrimonium proſequi propter gradus huiuſmodi impedimentũ deinde poſſint, ſicque mulieri magna infamia, & ſummum periculum exiſtit. Nec prætereundum eſt, quod quidam, etſi præmiſſa omnia rite peragunt, non tamen ad ſuſcipiendam gratiam Dei, quæ in ſacramentali matrimonij copulatione confertur, præuiis peccatorum ſuorum confeſſione, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſuſceptione ſeſe debite diſponunt. Proinde hos abuſus vergentes contra ſacrorum canonum ritã inſtitutionem, & publicam honeſtatem quemadmodum pro animarum ſalute, & tanti ſacramenti reuerentia ac dignitate debemus, remouere volentes, iuxta ſacri concilij Trident. & Synodi Prouincialis Beneuentanæ conſtitutiones, ſequentia decreta obſeruari mandamus.

Cum matrimonij ſacramentum à D. Paulo Apoſtolo tantopere commendetur, vt illud Chriſti cum Eccleſia vnioni merito aſſimilare, & conferre voluerit, magnum eam ob cauſam vocans ſacramentũ, dummodo in Chriſto & Eccleſia ſine vlla macula ſit contractum. Proinde maxime enitendum eſt, vt vbique locorum huius diœceſis, huiuſmodi matrimonij ſacramentum digne in facie Eccleſiæ celebretur, vt merito honorabile coniugium dici & eſſe, ac thorus ſequi immaculatus poſſit. Nam ſi contra laudabiles & pios catholicæ Eccleſiæ ritus alicubi ma-

Eph. 5.

Matrimonia in facie Eccleſiæ fiãt

bi matrimonium non in facie Eccleſiæ, ſed occulte, & quaſi in angulo contrahatur, tantum abeſt vt magni, vt neque etiam ſacramenti nomen retineat: cum Eccleſia catholica huiuſmodi clandeſtina matrimonia iam abrogauerit penitus, & aboleuerit, non ſolum ea irrita eſſe decernens, ſed etiam ſic contrahẽtes cum fautoribus puniendos ſanciens. Ita enim ſtatuit ſancta Synodus Trident. ſeſs. 24. cap. 1. de reformat. matrim. vbi, & ſubſequentibus nouem capitibus etiam tradit in celebratione matrimonij à parochis & contrahentibus obſeruanda, quæ propterea parochi ipſi, eorum ſacellani & concionatores diligenter addiſcere, ac memoriæ mandare, & frequenter diebus Dominicis, aliiſq. feſtis, ex ſuggeſtu plebes ſuas in templo congregatas docere debent, ea maxime, quæ nunc ſequuntur.

Matrimonia clandeſtina omnino irrita.

Ab Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti vſq. in diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vſque ad octauam Paſchatis incluſiue aliquas ſolemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari ſancta Synodus Tridentina ſeſs. 24. cap. 10. de refor. matrim. præcipit; in aliis vero temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit, quas parochi vt ea qua decet modeſtia & honeſtate fiant, curabunt: ſancta enim res eſt matrimonium, & ſancte tractandum.

Quibus temporibus liceat matrimonia in facie Eccleſiæ celebrari

Multi ſunt, qui vagantur, & incertas habent ſedes, & vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, aliam, & plerunq. plures illa viuente diuerſis in locis ducunt, cui morbo ſancta Synodus Tridentina ſeſs. 24. cap. 7. de refor. matrim. & Prouincialis Beneuentanæ ſeſs. 7. c. 2. occurrere volentes, omnes, ad quos ſpectat, paterne monent, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant: Magiſtratus etiam ſeculares Synodus Tridentina hortatur, vt eos ſeuere coerceant. Parochis autem præcipit, ne illorũ matrimonijs interſint, niſi prius diligenter inquiſitionem fecerint, & re ipſa diligenti in ſcriptis capta informatione, ad ordinarium dela-

Aduenæ & peregrini non admittantur ad matrimonia contrahẽda niſi in ſcriptis conſtare fecerint alteri non teneri.

delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

Didicimus experientia multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel non ſine graui peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur, idq. eam ob cauſam abſque dubio fieri, quod ſacri conc. Tridentini decreta ſeſſ.7. matrimonium clandeſtinum abolentia in Synodo Prouinciali Beneuentana Anno M. D. L X V I I. celebrata, recepta, & publicata non obſeruantur. Volentes itaque huic incommodo, & vrgenti malo opportune occurrere, omnibus & ſingulis parochis, & aliis, quibuſcunque curam animarum habentibus, & concionatoribus ſerio præcipimus, vt prima Dominica ſequentis menſis proxime ventura, & ſequētibus aliis tribus diebus feſtiuis, deinde ſingulis menſibus ad minus ſemel die feſtiuo, vel ſæpius, ſi expedire viderint in ſuggeſtu, aut ad altare inter miſſarum ſolemnia dicta concil. Tridentini decreta de matrimonio lingua vernacula, pro concione, populo aſtanti pronuncient, doceantq. matrimonium antequam contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho, tribus continuis diebus feſtiuis in Eccleſia inter ipſa miſſarum ſolemnia publice denunciari debere, inter quos matrimonium ſit contrahendum, quibus denunciationibus peractis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedi poſſe, & quòd qui aliter quàm præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi, ſeu ordinarij licentia, & tribus vel duobus ad minus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddiderit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decreuerit, & quod eadem ſancta Synodus parochum, vel alium ſacerdotē, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine parocho vel ſacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, necnon ipſos contrahentes grauiter arbitrio Epiſcopi punire præcipiat.

Ex Concilio Tridentino ſumptū mandatum parochis de publicando dicti Concilij decreto matrim. ſaltem ſemel in menſe.

Quę ſint explicāda à parochis populo ex Concilio Tridentino.

Matrimoniū contrahere attentantes abſq. proprio ſacerdote, & ſaltem duobus teſtibus irritū faciunt huiuſmodi cōtractum.

Parochi

Parochi & concionatores admonere debent in concionibus, quòd ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparandus eſt, & ſpe diſpenſationis conſequendæ carebit, idque in eo multo magis locum habebit, qui non tantum matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. Quòd ſi ignoranter id fecerit, ſi quidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem debet ſubiici pœnis. Non enim dignus eſt, qui Eccleſiæ benignitatem facile experiatur, cuius ſalubria præcepta temere contempſit, ſi vero ſolemnitatibus adhibitis, impedimētum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo diſpenſari ſolet, ſed admonendi ſunt, quòd in contrahendis ipſis matrimoniis, vel nulla omnino datur diſpenſatio, vel raro, idq. ex cauſa conceditur. In ſecundo autem gradu tam affinitatis, quàm conſanguinitatis nunquam diſpenſatur, niſi inter magnos Principes & ob publicam cauſam. Quæ ſalubria præcepta in contrahendis matrimoniis deinceps obſeruentur, ac debite executioni mandentur.

Exd. cōcil. ſeſſ. 24. c. 5. ref. matrim.

Matrimoniū maliciose contrahentes in gradibus prohibitis ſeparētur ſine ſpe diſpenſationis conſequendę.

Facilius diſpenſatur de impedimētis à parentibus poſt matrimoniū debitis ſolemnitatib⁹ contractū.

Inter magnos Principes publica ex cā tm̄ diſpēſatur in ſecundo cōſanguinitatis vel affinitatis gradu.

Quo autem modo ſeruato, & quibus adhibitis cæremoniis, matrimonij ſacramentum in facie Eccleſiæ celebrandum ac ſolemnizandum ſit, & quo ritu, ac precationum formula ſint ſponſi ſacramentaliter coniungendi, atque benedicendi, in obſequiali, iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ edito copioſe habetur, & quæ ibi de his traduntur, omnia fideliter obſeruari volumus.

Formula cōiungēdorum in matrimonio extat in obſequiali ex ritu S.R.E.

Ex his omnibus concludimus quoſcunque matrimonio copulandos poſt dotalia pacta, priuſquam vlterius progrediantur, diligenter in primis perſcrutari debere, an aliquod conſanguinitatis, vel affinitatis etiam ſpiritualis obſtet impedimentum, quo minus matrimonium inter eos contrahi poſſit, deinde inuicem in ſibi attinentium præſentia ſpondere ſe nullo legitimo interueniēte impedimento, velle in facie Eccleſiæ, iuxta ritum Sanctæ Ro-

Diligentia adhibēda in detegendis impedimētis matrimonij poſt pacta ſponſalia.

Iuxta ritū S.R.E. abſq. impedimentis matrimonia fiant.

ctæ R. E. proprio ſacerdote præſente, matrimonium huiuſmodi ſacramentaliter contrahere, poſthæc præmittendæ ſunt trinæ proclamationes ad reuelandum, ſi quis ſciret aliquod eſſe impedimentum, quibus debite peractis, & nullo legitimo reperto impedimento, poterunt libere tempore ab Eccleſia permiſſo in facie Eccleſiæ, vt dictum eſt, coniungi, & benedictionem à proprio ſacerdote accipere.

Ter moneatur populus de futuris matrimonijs ſciant ne impedimẽta.

Conſultum etiam erit, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum pie accedant, id quod etiam Sacroſancta Synodus Tridentina generalis, & Prouincialis Beneuentana coniuges hortantur. Quæ omnia vt executioni debite demandentur, mandamus ſub pœna excommunicationis & perpetuæ infamiæ ſponſis ipſis, ne ſe carnaliter coniungant, niſi trinis proclamationibus à proprio ſacerdote publice inter miſſarũ ſolemnia tribus diebus feſtiuis diſtincte præmiſſis, in facie Eccleſiæ præſente parocho, vel alio ſacerdote de parochi, ſeu noſtra licentia, & duobus vel tribus ad minus teſtibus, matrimoniũ contraxerint, iuxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Seſſ. 24 c. 1. ref. matr. & Beu. ſeſ 7. c. 1. in ſi.

Sponſi ſe ante ſolemnitates cõſuetas carnaliter coniungentes puniantur.

Similiter ſub eadem excommunicationis latæ ſententiæ pœna ſponſarum huiuſmodi parentibus, tutoribus, & aliis attinentibus, ſub quorum cura illæ erunt, iniungimus, ne permittant eas ante huiuſmodi ſacramentalem matrimonij celebrationem carnaliter cognoſci, aut quoquomodo in id conſentiant, vel concurrant. Imo etiam iiſdem parentibus, tutoribus, & attinentibus, ſub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, ne vltra actum mutuæ ſponſionis per verba de futuro ſponſos ad ſponſarum ſingularem conuerſationem, aut etiam colloquiũ interea admittant, vel quoſcunq. actus publicam honeſtatem minus decentes ab eis fieri tolerent, aut quomodocumque faciendi occaſionem relinquant.

Non permittantur ſponſi ante celebrationẽ ſacramenti matrimonij ſimul conuenire ante alia indecentia committere.

Sub

Sub pœna excommunicationis latæ ſententiæ parochis omnibus noſtræ diœceſis mandamus, vt infra octiduum ab huius decreti noſtri publicatione nos, aut Vicarium noſtrum generalem admoneãt, ſi quos ſciuerint in parochiis ſuis in gradibus prohibitis contraxiſſe, & ſic ſine Apoſtolica diſpenſatione permanere, præſertim cohabitando.

> Parochi impedimenta eorũ ſciẽtes, qui in ſua parochia in gradib⁹ prohibitis cõtraxerunt: Ordinario reuelare debent.

Similiter eiſdem parochis ſub eadem pœna iniungimus, vt pariter nos, aut Vicarium noſtrum generalem commonefaciant, ſi quos in parochiis ſuis nouerint in facie Eccleſiæ, iuxta ſacri concilij Tridentini, & Synodi Prouincialis Beneuentanæ decreta, ac ſecundum ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nõ contraxiſſe, & tamen cohabitare, vel cohabitaſſe, aut ſe carnaliter cognouiſſe ſub matrimonij ita contracti prætextu.

> Si qui ſunt, qui non ſecundum ritum S R E. contraxerunt. Ordinario ſunt publicandi.

Sub eadem etiam excommunicationis latæ ſententiæ pœna diſtricte præcipimus, tam mulieribus, quàm viris cuiuſcunque ſint ſtatus, conditionis, gradus, ac præeminentiæ, qui forma à prædictis concilio Tridentino, & Beneuentana Synodo præſcripta, & ritu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non ſeruatis, matrimonium inter ſe quomodocunque contraxerunt, vel notorie ſub huiuſmodi matrimonij prætextu ad thori communionem venerũt, aut etiam obſtante gradu aliquo prohibito cohabitant, vel cohabitarunt, aut ſe carnaliter cognouerunt, vt coram nobis vel Vicario noſtro generali perſonaliter, aut per procuratores infra ſpatium quindecim dierum ab huius decreti publicatione compareant, interimque ſub eadem pœna à thori communione, & cohabitatione abſtineant.

> Qui cõtraxerunt, vel cohabitarunt forma cõcilio Trident. conſeruata, ſtatim abſtineãt, Ordinariumque adeant.

Mandamus etiam ſub eadẽ pœna excommunicationis latæ ſententiæ parochis noſtris, vt nos vel Vicarium noſtrum generalem admoneant, ſi quos ſciuerint peregrinos homines in parochiis ſuis eſſe, qui mulieres habeant, de quibus dubitetur, an ſint illorum vxores.

> Parochi peregrinos in propria parochia incolas ad ordinarium deferant, ſi dubitetur mulieres, cũ quibus habitant legitimas eſſe vxores.

Et quia intelligimus à quibuſdam ſacerdotibus nul-

lam animarum curam habentibus, etiam regularibus, ſponſos coniungi, & ſponſarum benedictiones fieri, necnon & mulierum poſt dies purgationis à partu ad Eccleſiam venientium: quæ ſane munera parochorum ſunt propria, eis iuxta decreta Synodi Prouincialis Beneuentanæ ſeſſ. 7. cap. 5. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ mandamus, vt in poſterum ab officiis huiuſmodi ad eos minime pertinentibus omnino abſtineant.

Pœna exercētib' parochialia abſq; iuriſdictione, & ſine licentia.

Mandamus etiam, iuxta dictæ Synodi Prouincialis Beneuentanæ conſtitutiones, ne qui contra Tridentini concilij decretum impedire præſumant, quo minus cauſæ matrimoniales à Curia noſtra cognoſcantur: ſecus facientes pœnam excommunicationis ipſo facto incurrāt, cuius abſolutionem nobis reſeruamus.

Impedientium pœna quo minus cauſæ matrimoniales à curia Epiſcopali cognoſcātur.

Quæ omnia vt debitam ſortiantur executionem, Archipresbyteris, Parochis, & aliis curam animarum præpoſitis, ſub pœna arbitraria præcipimus, vt eorum omnium exemplum habeant, & ſingulis menſibus aliquo die Dominico inter miſſarum ſolemnia parochianis ſuis publicent atq; inculcent. In quorũ omniũ & ſingulorum fidem ac teſtimoniũ his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini M. D. LXXXV. die vero xxviij. menſis Sept. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Sixti Papæ Quinti, Anno primo. Præſulatus vero noſtri Anno tertio.

Parochi ſupraſcripta populo publicare tenẽtur ſub pœnis.

His edictis omnibus, vt præmiſſa ſunt, lectis, bene ponderatis, & accommodatis, omnes congregati ad maiorem rei firmitatem ac robur ſubſcripſerunt, vt ſequitur.

Subſcriptiones.

Frater Felicianus Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, &c.

Ioan. Bapt. Taxinarius I. V. D. Vicarius generalis, &c.

Lactantius Caſnedus I. V. D. Archidiaconus ſanctæ Agathæ Gothorum.

Ego

Ego D. Marcus Antonius de Aquila Abbas ſancti Gabrielis Ayrolæ, &c.

Ego D. Andreas Lollus Decanus cathedralis Eccleſiæ prædicta confirmo.

Ego D. Franciſcus Florieta V.I.D. Canonicus & Primicerius Agathenſis, tam meo, quàm Parochorum Ciuitatis ſanctæ Agathæ Gothorum nomine prædicta confirmo manu propria.

Ego D. Marcus Antonius Sebaſta Canonicus, & Theſaurarius Cathed. Eccleſiæ confirmo omnia ſupradicta.

Ego D. Berardus Maffei Archipresbyter Arpadij, confirmo ſupradicta.

Ego Federicus de Berna Archipresbyter terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Pyrrhus Ioãnes Bonellus Archipresbyter Argentij, confirmo ſupradicta.

Abbas Bonellus Scipio Argentij confirmat vt ſupra, circa tamen præiudicium ſuorum iurium, circa reſidentiam.

Ego D. Antonius de Valle I.V.D. Archipresbyter Durazzani, confirmo vt ſupra.

Ego D. Franciſcus de Ferdinandis Archipresbyter & Vicarius foraneus terræ Fraxij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Nicolaus Arecilianus Archipresbyter & Vicarius foraneus Caſtri Vallis, affirmo vt ſupra.

Ego D. Berardinus de Magiſtro Ioanne Archip. Caſtri Ducentæ, confirmo vt ſupra.

Ego D. Matthæus Buffolinus Archipresbyter Balneoli, confirmo manu propria.

Ego Detius Yaſius Orcularum Archipresbyter, confirmo vt ſupra.

Ego D. Antonius Carfora Archipresbyter Caſtri Cãcelli, confirmo vt ſupra.

D. Iulius Parillus Canonicus Agathenſis, & Parochus, aſſentitur omnibus ſupra enarratis.

D. Octauius de Gloria Canonicus Cathed. Eccleſiæ.

Ego D. Alexander de Luca Primicerius Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Scipio Balſeranus Parochus ſancti Petri caſalis Moiani terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Ioannes Bapt. Albarella Parochus ſancti Angeli de la Serpentara, terræ Ayrolæ, confirmo vt ſupra.

Ego D. Thomas Lombardus Parochus ſancti Donati terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Marcellus Mela Parochus ſancti Angeli noui terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Ioannes Baccarius Parochus ſancti Ioannis à Paſtorano terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Gratianus de Amorello Parochus ſancti Nicolai terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Iulius Baleſtrerius Parochus ſancti Ioannis delo Carico terræ Ayrolæ, confirmo vt ſupra.

Pro duabus parochiis ſancti Laurentij del Caſale di Burgo, & ſancti Viti del Caſale di Luzano Monaſterio ſancti Gabrielis incorporatis Abbas ipſe ſubſcripſit.

D. Ioãnes Iacobus de Affinita Vicarius foraneus terræ Argentij.

Ego D. Iacobus Hieronymus Mancinus, Primicerius terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Cæſar Licterius Senior primus Parochus ſancti Felicis terræ Argentij, interfui, & me ſubſcripſi.

Ego D. Leonardus Licterius ſecundus Parochus ſancti Felicis terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Cæſar Licterius iunior tertius Parochus ſancti Felicis terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Liuius Auellinus Parochus ſanctæ Agnetis terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Mathias Martius Parochus ſancti Petri terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

D. Batholomæus Magnozus Parochus ſancti Stephani tetræ Argentij.

D. Thomas Feraldus Parochus ſancti Leonardi terræ

ræ Argentij.

Ego D. Donatus Papa Vicarius foraneus, & Parochus ſancti Hermi terræ Durazzani, confirmo vt ſupra.

Ego D. Liconius Romanus Argentinianus S. T. D. interſui, & propria manu ſubſcripſi.

Teſtimonium Notarij.

Die quinta menſis Octobris xiiij. Indictionis. 1585. in terra Argentij Agathen. diœceſis, & proprie in ſacriſtia Venerabilis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Vico dictæ terræ fratrum ordinis Prædicatorum, de mane coram Illuſtri & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Agathen. congregatis & in vnum coadunatis Reuerẽdis Dominis Vicario generali, Decano, Primicerio, Florieta Theſaurario cathedralis Eccleſiæ S. Agathæ, necnon & aliis Canonicis, & curatis animarum dictæ ciuitatis, ac Reuerendis Archipresbyteris, Primiceriis, & curatis animarum Agathen. diœceſis, & inuocato prius Spiritu ſancto, ac factis aliis debitis orationibus, omnia & ſingula retroſcripta capitula, edicta, & ordinationes fuerunt lecta, & publicata de verbo ad verbum vt iacent, quæ iiſdem & vnicuique ipſorum placuerunt, ac dixerunt debitæ executioni eſſe demandanda, & ſeipſos ſubſcripſerunt propriis manibus ſuis in præſentia mei infraſcripti Notarij & ordinarij actuarij epiſcopalis curiæ Agathen. & in fidem hic me ſubſcripſi, ſignumque meum quo vtor appoſui ſolitum & conſuetum præſentibus ibidem Magiſtris Matthæo, & Hieronymo de Berna terræ Ayrolæ doctoribus, & Domino Annibale de Buouardo dictæ terræ Ayrolæ teſtibus ad præmiſſa habitis, rogatis, ſpecialiterq. requiſitis.

N. Io. Antonius Canellus or. Act.

QVAE

QVÆ IN DICTA SYNODO dicæceſana Agathenſi poſt meridiem die quinta menſis Octobris anno 1585. fuerunt in medium propoſita, diſcuſſa, concluſa, & publicata.

DE PROMOVENDIS AD Clericatum, & quoſcunque ordines, Conſtitutio prima.

Caueant omnes quēquā in metu, alioque indirecto modo ad clericatum inducere.

IN primis admonemus parentes, & quoſcunque alios ſub interminatione maledictionis æternæ, ne filios, vel alios, quicunque illi fuerint, qui ſua ſponte ad clericatum non habeant animi propenſionem, vi, metu, vel quomodocunque inducant, vt clericatum profiteantur. Cap. 1.

Ad clericatum aſſumendi examinentur ſua ſponte ne, vel aliorum ſuaſionibus id affectent.

Admonemus etiam noſtros Vicarium generalem, Archidiaconum, & alios examinatores, vt eos, qui ad clericatum aſpirabunt, quàmdiligentiſſime examinent, an ſua ſponte, vel ab aliis inducti id faciant, numque ſyncerae intentionis affectu ad mortem vſque perſeuerandi in clericatu, an vero alicuius humani reſpectus ſimulatione moueantur: & de aliis omnibus, quæ ſacrum concilium Tridentinum præſcribit, his verbis; Prima tonſura non initientur, qui ſacramentum confirmationis non ſuſceperint: & fidei rudimenta edocti non fuerint, quiq. legere & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſint, eos non ſecularis iudicij fugiendi frau- Cap. 2. Seſſ. 23 c. 4. ref.

Quales eſſe debeāt ad primam tonſuram promouendi.

di fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe. Ad remouendam vero fraudis omnis occaſionem, ordinamus etiam, vt nemo ad primam tonſuram admittatur, niſi prius coram Vicario noſtro generali, & aliis deputatis ad examen faciendum, neenon curiæ noſtræ Notario ſpoponderit, ſe, Dei auxilio, in clericatum vſque ad mortem permanſurum, in habitu clericali ac tonſura inceſſurum, in diuinis inſeruiturum, bonis moribus ac litteris operam daturum, & cum ad ætatem debitam peruenerit, ordiues tam maiores quàm minores temporibus præſcriptis ſuſcepturum, ſi modo competens beneficium, quoad maiores, habuerit, ex quo vigintiquinque ad minus ducatos percipiat, niſi antea ad ſeculũ deſerto clericatu ex rationabili & magna cauſa à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris approbanda, redire cogeretur.

Promouendi ad clericatum quæ ſpõdere debeant.

Rationabilis cauſa renũciandi clericatui ab ordinario cognoſcenda.

Cap. 3. Nemo etiam cui nihil ex iam dictis obſtet ad clericatum admittatur, priuſquam veſtem talarem, biretum clericale, ac ſuperpellicium (quod vulgo vocant, la cotta) habeat, quæ ſint non mutuata, ſed propria: doceat etiam vnde victum habeat, ne poſtea in habitu clericali cum dedecore victum mendicare cogatur.

Admittẽdi ad clericatum habere debent veſtem talarem, ſuperpelliciũ, & biretum clericale omnia propria.

Promouendi ad clericatũ habeãt ad victum neceſſaria ne mẽdicare cogantur.

Cap. 4. Ad clericatum admittendus, prius etiã deputetur ad certæ eccleſiæ miniſteriũ, vbi in diuino ſeruitio aſſidue exerceatur. Nemo enim poteſt eccleſiaſtici fori priuilegio gaudere, (inquit ſacroſancta Synodus Trident.) niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum & tonſurã deferens alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. Et alibi, cum nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis eccleſiis: ſancta Synodus veſtigiis canonis ſexti cõcilij Chalcedonen. inhærendo ſtatuit; vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur,

Seff. 23 c. 6. ref.

Seſs. 23 c. 16. re form.

Seruienti certæ Eccleſiæ aſcribatur vnuſquiſque Clericus.

Priuilegijs Eccleſiaſticis q gaudeãt.

Eccleſiæ minime vtilis iudicio Epiſcopi ordinari nõ debet.

ſumitur, non adſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. Quod ſi locum inconſulto Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitium interdicatur. Beneficium vero eccleſiaſticum nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus ante decimumquartum annum poſſit obtinere.

Aetas clericorum idonea ad obtinẽdum beneficium Eccleſiaſticũ non minor annorum quatuordecim.

Ad minores autem ordines nullus admittatur, niſi aliquandiu in clericatu laudabiliter vixerit, & optimam de ſe perſeuerandi in clericatu, & tempore ſuo ad ſacros ordines aſcendendi dederit expectationẽ, & antequam admittatur, ratio quoque habeatur decreti concilij Tridentini, quod eſt; Ad minores ordines promouendi bonum à parocho & à magiſtro ſcholæ, in qua educãtur, teſtimoniũ habeant. Et alibi; Minores ordines iis, qui ſaltẽ latinam linguam intelligant, per temporũ interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur, conferantur, vt eò accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, ac in vnoquoque munere, iuxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant, idq. in ea, cui adſcripti erunt, eccleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorum abſint, atque ita de gradũ in gradũ aſcendant, vt in eis cum ætate, vitæ meritum, & doctrina maior accreſcant: Quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in Eccleſia miniſterium, atque maior erga presbyteros & ſuperiores ordines reuerentia, & crebior, quàm antea, corporis Chriſti communio maxime comprobabunt. Cumq. hinc ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo iis initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus ordinibus dignum oſtendat.

Cap. 5. *Qualitates ordinandorũ ad quatuor minores.* *Seſſ. 23 c. 5. ref.* *Ibid. c. 11.* *Clerici abſentes à ſeruitute Eccleſiæ cui aſcripti ſunt, excuſantur ſtudiorum cauſa, alias non.*

Hi vero, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus, ac deſiderio eorum, qui volent promoueri, publice in Eccleſia propoſitis de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat: & litteras teſtimoniales,

Seruanda ab Ordinãdis in ſacris. *Cap. 6. Cõcil. Tridẽt. ſeſſ. 23 c. 5. ref.* *Ordinãdorum in ſacris nomina & huiuſmodi alia prius publicentur in parochiali Eccleſia.*

les, ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum quamprimum tranſmittat.

Cap. 7. Quia ſuperius ſacrorum canonum auctoritate adducti ordinauimus, neminem ad clericatum eſſe admittendum, niſi firmum præ ſe tulerit propoſitum ad ſacros maiores ordines progrediendi tempore debito, ſi nullum obſtet legitimum impedimentum, & aliàs habilis, & idoneus fuerit repertus. Proinde ſerio mandamus clericis beneficiatis omnibus, qui ex beneficiorum ſuorum prouentibus ſufficientem colligunt ſuſtentationem, vt completo tempore ad ſubdiaconatus ordinem ſuſcipiendum præfinito, ſtatim ſe coram nobis, aut Vicario noſtro generali, tempore ordinationum præſentent, examenque ad ſubdiaconatus ſuſceptionem ſubeant, vel rationabilem aſſignent cauſam vlterioris dilationis. Quod ſi quis contra annum à tempore huiuſmodi completo id facere diſtulerit, admoneatur à parocho, & noſtro loci Vicario, ſique ita admonitus per alium annum parere neglexerit, nulla rationabili Curiæ noſtræ aſſignata cauſa, & ab ea approbata, teneatur ſoluere quartam partem fructuum omnium beneficiorum ſuorum, ſique per alium annum ita perrexerit, Subdiaconatus ordinem non ſuſcipiendo, nec Curiæ noſtræ legitimam rationem non aſſignando, mediam partem dictorum fructuum ſoluat, & ſi per alium adhuc annum in huiuſmodi temeritate, & contumacia perſtiterit, tamquam incorrigibilis omnibus beneficiis priuetur, & à minoribus ordinibus ſit ſuſpenſus. Quòd ſi qui dictorum clericorum beneficiatorum ex beneficiis ſuis ſufficientem habentium ſuſtentationem non ſolum vigeſimum ſecundum, ſed trigeſimum etiam ætatis annum exceſſerunt, nec maiores ſacros ordines adhuc ſuſceperunt, eis ſub pœna priuationis omnium beneficiorum mandamus, vt infra duos menſes ab huius decreti noſtri publicatione, ſe coram nobis, aut generali Vicario noſtro ſiſtant dilationis hu-

Beneficiati ſufficientem colligentes ex ſuis beneficijs ſuſtentationem ad legitimã ætatem peruenientes pro ſubdiaconatu examen ſubire debent.

Pœna impoſita beneficiatis differentibus abſque legitima cauſa in legitima ætate factos ordines ſuſcipere.

H iuſmodi

iuſmodi rationem redditur i.

Nemini Subdiaconatus conferat ante 22 ſuæ ætatis annum, & qui poſtremo gradu per annum non permanſerit.

Ad Diaconatum nõ aſſumat minor 23. annorum q etiã p annũ nõ exercuerit Subdiaconatus functiones.

Cum ætas homines non faciat, ij tantum ad maiores ordines ꝓmoueantur, quorum vita ſenectus ſit.

cap. 8. Cõcil. Tridẽt. ſeſſ. 23. c. 11. & 12. reform. d. ſeſſ. c. 12. & 13

d. c. 12.

d. c. 13.

Nullus autem Clericus ad ordinem Subdiaconatus promoueatur ante vigeſimumſecundum ætatis ſuæ annum, & niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi aliud expoſcat. Similiter nullus Subdiaconus ad Diaconatus ordinem ante vigeſimum tertium ætatis ſuæ annum, & ſi per annum ſaltem in eo non ſit verſatus, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere permittatur: Illud etiam Sacri Concil. Trid. circa Subdiaconorum & Diaconorum promotionem eſt aduertendum, non ſingulos in ea ætate conſtitutos debere ad hos ordines aſſumi, ſed dignos duntaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit; Subdiaconi (inquit quoq. eadem ſancta Synodus,) & Diaconi ordinentur habẽtes bonum teſtimonium, & in minoribus ordinibus iam probati ac litteris, & iis, quæ ad ordinem exercendum pertinent, inſtructi; qui ſperent, Deo auctore, ſe continere poſſe, Eccleſiis, quibus adſcribentur, inſeruiant, ſciantque maxime decere ſi ſaltẽ diebus Dominicis, & ſolennibus, cum altari miniſtrauerint, ſacram communionem perceperint.

Maiorũ ordinũ fungentes officio dieb. feſtis ſaltẽ ſacram ſumant communionem.

Diaconorum ad ꝑsbyteratum ꝓmouendorũ ætas annorũ 25. & q in officio Diaconatus per annum miniſtrauerint.

cap. 9. d. c. 12. & 14.

Ad presbyteratus etiam ordinem nullus ante vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum, & niſi per annũ ad minus in Diaconatu diligenter ac laudabiliter miniſtrauerit (niſi ob Eccleſiæ vtilitatem, ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur) aſſumatur. Qui pie (inquit eadem ſancta Synodus Tridẽtina,) & fideliter in miniſteriis anteactis ſe geſſerint, & ad presbyteratus ordinem aſſumuntur, bonum habeant teſtimoniũ, & hi ſint, qui nõ modo in Diaconatu ad minus annum integrum (niſi ob Eccleſiæ vtilitatẽ, ac neceſſitatem aliud Epiſcopo videretur) miniſtrauerint: ſed etiam ad populum docendũ ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ac miniſtrandi ſacramenta diligenti examine præcedente cõprobentur: atq. ita pietate, ac caſtis moribus conſpicui, vt præclarum bonorum operum exemplum & vitæ monita ab eis poſſint expectari:

Ordinandi caſtitate pietateq. ſint conſpicui.

expectari: ordinati verò in presbyteros recordētur ſe debere ſaltē diebus Dñicis & feſtis ſolemnibus, ſi autē curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant, miſſas celebrare.

d. c. 14.

Presbyteri ſaltem feſtis dieb. celebrent, frequentius verò ſi fuerint curati.

cap. 10.

Cum nullus debeat ordinari, vt ſuperius dictum eſt, qui iudicio ſui Epiſcopi nō ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis: illud quoq. conſiderandum eſt, & à noſtris examinatoribus diligenter obſeruādum, quod Sacroſancta Synod. Trid. veſtigiis Canonicis Sexti Concilij Chalcedonenſis inhærendo ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate aut vtilitate aſſumitur, nō adſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus: nec incertis vagetur ſedibus: in hac enim Ciuitate & diœceſi noſtra tam magnū Clericorum etiam in ſacris conſtitutorum reperimus eſſe numerum, vt eorum complures videātur noſtris Eccleſiis ſuperflui, cum ob multitudinem quidā locum in eis Eccleſiis non habeant, quibus adſcripti ſunt, & aliqui extra diœceſim diuerſis in locis interueniant, & quandoque etiam ſine licentia.

ſeſſ. 23. c. 16. reform.

Nullus ordinet qui illi Eccleſiæ pro cuius neceſſitate aſſumitur, nō aſcribatur.

cap. 11.

Cæterum quoniam etiam numerus, qui in hac noſtra Diœceſi ſacris initiari cupiunt, ita indies augetur, vt multi neceſſaria ad ſtatum Clericalem ſuſtentatiōne deſtituti, victum quaſi emendicare, & extra Diœceſim conditiones quærere cogantur, volentes pro officij noſtri Paſtoralis debito prouidere quantum poſſumus, ne poſthac id eueniat, decretum Sacroſancti Concilij Tridentini ſuper hoc editum inuiolabiliter obſeruari mandamus, quod eſt huius tenoris. Cum non deceat, eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere: compertumque ſit complures pleriſque in locis ad ſacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus ac fallaciis confingunt, ſe beneficium Eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: ſtatuit ſancta Synodus, ne quis deinceps clericus ſe-

ſeſſ. 21. c. 2. reform.

Diuino miniſterio aſcriptos dedecet mēdicare, aut ſordidū quæſtum exercere.

 cularis:

Non prius ad ſacres ꝓmoueātur clericus quàm doceat de ſufficienti titulo bñficij.

Beneficiū ad cuius titulū fuit aliquis clericus ordinatus renuntiare non debet, ꝑterquam in caſib.

Ad titulum patrimonij vel penſionis qñ quis ordinari poſſit.

cularis : quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros ordines promoueatur, niſi prius legitime conſtet, eum beneficium eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere. Id vero beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulum ſit promotus: neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quòd aliunde viuere commode poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit. Patrimonium vero vel penſionem obtinentes, ordinari poſthac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate vel commoditate eccleſiarum ſuarum, eo quoque prius perſpecto, patrimonium illud vel penſionem vere ab eis obtineri, taliaque eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium eccleſiaſticū ſufficiens ſint adepti vel aliunde habeant vnde viuere poſſint: antiquorum canonum pœnas ſuper his innouando. Proinde ſtatuentes & ordinantes, ne vllus in poſterum ſub titulo patrimonij ad ſacros ordines communiter admittatur, donec tanta clericorum multitudine imminuta pro neceſſitate, vel cōmoditate diœceſis, noſtro, aut Vicarij noſtri arbitrio aſſumendi videantur. Quod ſi tamen aliquis interim ſingulariſſime dignus videretur ex bona indole ab ineunte ætate præbita, præſertim ſi in clericatu iuxta vocationem ſuam verus & fidelis fuerit bonorum operum ſectator, præſertim diuinis inſeruiendo, & bons litteris ac moribus incumbendo, firmamq. ſpem & expectationem dederit, quòd eccleſiæ ſit futurus vtilis, concedimus, vt pro publico diœceſis bono ad maiores ordines ſub dicto titulo patrimonij admitti queat: dummodo patrimonij portio, quæ illi continget, reddat annuatim vigintiquinque ad minus ducatos currentes, ſitq. certa, propria, ab aliiſq. familiæ ſuæ bonis publico inſtrumento ſeiuncta, ac ſegregata, & ad hoc vere ac realiter deputata.

Titulus patrimonij non poteſt alienari.

Vt vero

Vt vero fraus omnis, quæ progreſſu temporis inde poſſet exiſtere, remoueatur, ordinamus, vt priuſquam ſubdiaconatus ordine initietur, curiæ noſtræ dicti inſtrumenti copiam authenticam tradat in archiuio Epiſcopatus aſſeruandam, id quod in examine ordinationē præcedente commode fiet. Quod ſi acciderit, vt dicta portio patrimonialis ad cuius titulum fuit quis ordinatus, ab ipſo ordinato, ſeu à quocunque alio eius nomine reſignaretur, vel quomodocunque alienaretur, etiam ſub nomine oppignorationis declaramus, iuxta dictum concilij Tridentini decretum, reſignationem, vel alienationem huiuſmodi irritam, & nullius eſſe roboris, imo etiam cum ordinatum ipſum, tum auctores, fautores, conſentientes, & participes quoſcunque excommunicationi ſubiacere, cuius abſolutionem, quam curiæ noſtræ reſeruamus, obtinere non poſſint, donec huiuſmodi portio patrimonialis liberata ſit, & in integrum reſtituta.

Seruanda ab ordinādis ad titul ū patrimonij.

Alienātes vel ſuadentes alienari titulū patrimonij, qua pœna puniātur.

Cap. 12. Quia in viſitatione & extra viſitationem reperimus pleroſque clericos etiam in ſacerdotio conſtitutos, formatis, ſiue bullis ordinum ſuſceptorum, aut omnibus, aut quibuſdam carere, volentes debite prouidere, mandamus ſub grauiſſima pœna nobis bene viſa omnibus cuiuſcunque ſint ſtatus, & conditionis, vt infra ſpatium trium menſium ab huius decreti noſtri inſinuatione, perſonaliter, vel per procuratorem bullas ſingulorum ordinum ſuſceptorum, curiæ noſtræ Epiſcopali oſtendant. Qui vero eas amiſerunt, vel nunquā acceperunt, ab Epiſcopis, à quibus ordinati ſunt, accipiant, vel illis defunctis, ſaltem alia teſtimonia legitima, præſertim ex regiſtris illorum Epiſcopatuum afferant. Atque ne in futurum ſimile quid contingat, vt clerici noſtri propter taxæ Notario pro ſcripturæ labore debitæ ſolutionem, quæ exigua eſt, & à ſacroſancto concilio Trident. præſcripta, in hacq. diœceſi conſueta, ordinum bullas, quæ alibi formata vocantur, non accipiant, ordinamus ne à Notario admittantur, niſi prius in manus ipſius Notarij,

Terminus citra quē clerici teneantur exhibere ordinū ſuorū bullas.

Quid exigere poſſit notarius ꝓ ſingulis bullis ordinum.

tarij, vel alterius debitam taxam deponant, quæ eſt decima pars aurei pro ſingulis bullis ordinum. Notario autem curiæ noſtræ Epiſcopalis pro tempore exiſtenti ſub pœna excommunicationis mandamus, vt vnicuique ordinato bullam ſui ordinis infra ſpatium ad ſummum octo dierum à ſuſceptione eorundem ordinum expeditam conſignet, & ne ſub eadem pœna pro bullis ordinum huiuſmodi, vel litteris dimiſſorialibus alibi ordines ſuſcipiendi plus accipiat, quàm à ſacro concilio Tridentino ſtatutum eſt, his verbis; Quoniam ab eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet: nihil pro collatione quorumcunq. ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacunque de cauſa, etiam ſponte oblatum, Epiſcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum miniſtri, quouis prætextu accipiant. Notarij vero in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus decimam tantum vnius aurei partem accipere poſſint, dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo: nec Epiſcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem ordinum collationibus directe vel indirecte prouenire poſſit. Tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles, quorumcunque locorum, quæ potius abuſus, & corruptelæ ſimoniacæ prauitati fauentes nuncupari poſſunt, penitus caſſando & interdicendo: & ſi ſecus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, vltra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas, ipſo facto incurrant.

Seſſ. 21. c. 1. ref.

Preter Notarium curię Epiſcopalis nullus ꝓ dimiſſoriis, aut quibuſcũque aliis lřis teſtimonialib. &c. quicquam exigere valeat.

Notarius ꝓ ſingulis dimiſſoriis litteris teſtimonialibus vltra decimam partem aurei non accipiat.

Cum dignitates in eccleſiis (vt bene ait ſacroſancta Synodus Trident.) ad conſeruandam augendamq. eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ, vt qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliiſq. exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera, & officio iuuarent: merito qui ad eas

Dignitates ad eccleſiaſticam diſciplinã augendam erectæ.

Cap. 13. Seſſ. 24 c. 12 re. form.

eas vocantur tales eſſe debent, qui ſuo muneri reſpondere poſſint, & infra. Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, niſi qui eo ordine ſacro aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum initiari valeat. Quare cum in hac noſtra diœceſi poſt eccleſiam cathedralem; Archipresbyteralis dignitas primaria ſit, & poſt eam Parochialis, habeatq. Archipresbyteratus annexum presbyteratum: quia ſicut Archiepiſcopus eſt Epiſcopus, alios Epiſcopos ſuæ prouinciæ antecellens, ſic Archipresbyter eſt presbyter alios presbyteros eccleſiæ ſuæ præcellens: ordinamus & ſerio mandamus omnibus & ſingulis noſtræ diœceſis Archipresbyteris, qui ſacro presbyteratus ordine initiati non ſunt, ſub pœna priuationis Archipresbyteratus huiuſmodi, vt infra ſpatium duorum menſium compareant coram nobis, aut Vicario noſtro generali examen ſubituri pro admiſſione ad ſacrum presbyteratus ordinem, ſuſcipiendum: quod ſi quis idoneus, iuxta ſacros canones non fuerit repertus, tamquam indignus reiiciatur, & de alio, prout iuris fuerit, prouideatur. In poſterum autem nemo plane ad archipresbyteratum admittatur, niſi actualiter ſit ſacerdos, aut infra tempus à iure, & ſacroſancta Synodo Trident. ſtatutum nimirum intra annum à ſibi collatæ dignitatis tempore computãdum eo initiari valeat, & ita ſe facturum promittat.

Sicut Archiep̃us antecellit Epos ſuæ ꝓuinciæ, ſic archipresbyter presbyteros ſuæ eccleſiæ.

Nullus ad archipresbyteratũ admittatur, niſi ſit, aut intra annum fiat ſacerdos.

Quo ad alios vero, qui ad curã & regimen parochiarum aſſumpti ſunt, ſimiliter ordinamus, ac mandamus, vt quæ à ſacro concilio Tridẽtino de illis ſtatuta & præſcripta ſunt exacte obſeruentur: videlicet; Nullus ad regimen parochialis eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, decernentes collationes de parochialibus eccleſiis, iis, qui non attigerint vigeſimũquintum annum, de cetero faciendas iuribus omnino carere. Is etiam, qui ad huiuſmodi regimen aſſumetur, vt gre-

Seſſ. 24 c. 12. refor. & ſeſſ. 7. c. 3. §. 3 in fi. reform.

vt gregis ſibi crediti diligentius curam quærere poſſit, in parochiali eccleſia, cuius rector extiterit, reſidere perſonaliter teneatur, & intra annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quòd ſi intra idem tempus promotus non fuerit, eccleſia ſibi commiſſa (nulla etiam præmiſſa monitione) ſit præſentis conſtitutionis auctoritate priuatus: ſuper reſidentia vero (vt præmittitur) facienda, poſſit ordinarius gratiam diſpenſationis ad tempus facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

Animarum curatores perſonaliter reſidere teneantur.

Ordinarius ex cã rõnabili ſuper reſidentia ad tẽpus diſpẽſare poteſt.

Regulares quoque nec in minori ætate ſuperius præſcripta, nec ſine diligenti noſtrorum deputatorum examine ordinentur: priuilegiis quibuſcunque quoad hoc penitus excluſis.

Regulares nõ ordinentur, niſi in debita ætate, & præuio examine.

Cap. 14 Concil. Tridẽt. ſeſſ. 23. c. 12. ro for. 1 ſ.

DE EDUCATIONE, VESTITU, tonſura, vita, & honeſtate clericorum, Conſtitutio ſecunda.

SI clerici non beneficiati incedere in habitu & tonſura, & alicui ex mandato Epiſcopi inſeruire eccleſiæ tenentur, quanto magis debent id præſtare clerici beneficiati, qui præter clericatum, etiam beneficij onere aggrauantur? Proinde mandamus omnibus beneficiatis, vt ſub pœna carceris, & priuatione fructuum ſuorum beneficiorum illius anni hæc ſeruent, in tonſura & conuenienti habitu clericali incedendo, & eccleſiis, in quibus ſua habent beneficia, ſi in eis diebus feſtiuis diuina canuntur officia, vel aliis ab Epiſcopo eis in ordinatione aſſignatis diligenter iuxta præſcriptum inſeruiendo. Et ſi quis beneficiatus poſt prædictam pœnam ea ſeruare vlterius neglexerit, à perceptione omnium fructuum beneficiorum ſuorum prorſus ſit ſuſpenſus, quouſque vere ad pænitentiam Epiſcopo notam redierit; quòd ſi etiam nec ſic reſipuerit, omnibus

Cap. 1

Clerici beneficiati multo magis quã ſimplices in habitu & tonſura incedere tenẽtur.

Pœnę contra clericos beneficiatos in habitu & tonſura clericali non incedentes.

nibus tamquam incorrigibilis Epiſcopi arbitrio priuentur beneficiis.

Licet clerici beneficia eccleſiaſtica habentes aut clericalem habitum & tonſuram deferentes aliquibus eccleſiis ex mandato Epiſcopi inſeruientes, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos degentes, fori ſcilicet eccleſiaſtici priuilegio gaudere valeant; non tamen ſub iis comprehendi, neque intelligi debent clerici, qui in vniuerſitate vel alibi poſt humaniores litteras non philoſophiæ, theologiæ, neque iuri canonico, ſed medicinæ, aut ſolis legibus ciuilibus, ſeu aliis mundanis ſcientijs à clericali inſtituto penitus alienis incumbunt, quia tales dici non poſſunt, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos.

Clerici ſolis legibus ciuilibus aut medicinæ, vel aliis mũdanis ſciẽtiis in qualicũq. vniuerſitate, vel alibi incũbentes, eccleſiaſticis priuilegiis non gaudeant.

Cap. 3. Simili modo licet idem concilium Trident. in ſtudiorum gratiam permiſerit, vt clerici in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos commorãtes fori eccleſiaſtici priuilegio gaudere ac frui poſſint, non tamen ij clerici intelligi debent, qui non in Seminario clericorum, ſed in ſcholis aliis, vel in vniuerſitate aliqua abſque habitu clericali & tonſura verſantur, vti etiam expreſſe prædictum concilium Tridentinum oſtendit, inquiens; Is etiam fori ſcilicet eccleſiaſtici priuilegio nõ gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum & tonſuram deferens alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. Proinde clerici ſi fori eccleſiaſtici priuilegio in ſcholis, aut vniuerſitatibus ſtudentes gaudere cupiunt, debent in habitu & tonſura clericali incedere: aliàs clericali priuilegio gaudere non poſſunt.

Qui priuilegiis eccleſiaſticis gaudere debeant.

Cap. 4. Quia clericos maxime decet virtutibus & litteris or-

Clericos maxime decet virtutib.& lſis ornatos eſſe.

natos eſſe, ſtatuimus & mandamus illis tam ſimplicibus, quàm beneficiatis cuiuſcunque ſint ſtatus, & conditionis, vt in ſcholis litteras & bonos mores addiſcant, aut de noſtra licentia in aliqua vniuerſitate ad minus vſque ad annum ætatis vigeſimum ſecundum ſacri ſubdiaconatus ordinis ſuſceptioni præſcriptum.

Cap. 5.

Similiter addiſcant cantũ, & qui beneficiati ſunt, etiã horarũ canonicarũ diſpoſitionẽ, cum ſingulis diebus eas dicere teneantur, ſub pœna reſtitutionis fructuum, niſi quis infirmitate ſiue alio legitimo impedimento excuſetur. Statuimus (inquit conc. Later. ſub Leone X. celebratum ſeſſ. 9.) vt nemo beneficium curatũ, aut ſimplex habens, qui elapſis ſex menſibus ab eius conſequutione, ſine legitimo impedimento officiũ diuinum recitare omiſerit, pro tempore quo non recitauit, fructus ſuos non faciat, imo eos impendere tamquam rem iniuſte captã, in fabricam beneficij aut eleemoſynas pauperum teneatur. Et Pius Papa Quintus ſanctæ memoriæ declarauit dictum decretum ſequenti modo eſſe intelligendum.

Ad horas canonicas recitandas tenentur beneficiati ſingulis dieb.

Romæ apud S. Petrũ Anno 1571. 12. Cal. Octob. Põt. ſui anno 6

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ex primo Lateranen. concilio pia ac ſalubris ſanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium Eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit diuinũ officium, legitimo ceſſante impedimento, non dixerit, beneficiorum ſuorũ fructus pro rata omiſſionis officij & temporis ſuos nõ faciat, ſed eos tãquam iniuſte perceptos, in fabricas ipſorum beneficiorũ, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorũ animi ſuſpenſione tenentur cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius atq. expreſſius prouidere volentes; ſtatuimus, vt qui horas omnes Canonicas vno vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficiis ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur, qui vero matutinum tantum dimidiam

Cõſtitutio Pii V. in beneficiatos horas canonicas non recitantes.

Beneficiati officiũ non recitantes, pro rata temporis fructus amittunt.

midiam, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat, tametſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis Canonicis cum aliis præſens adſit, fructuſq. & diſtributiones forte aliter aſſignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel aliàs ſibi lucrifeciſſe prætendat. Is etiam præter fructuũ, & diſtributionum amiſſionem. Item ille qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas vt Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuũ, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Curent igitur omnes beneficiati, vt quotidie horarum Canonicarum obligationi exacte ſatisfaciant, ne pœnam huiuſmodi incurrant. Quòd ſi qui forte ſtudiorum gratia diſpenſationem Apoſtolicam obtinerent, nouerint huiuſmodi diſpenſationem non ſuffragari, ſi tempus, quod horis canonicis dicendis tribuere poſſent, luſibus, & aliis inanibus negotiis impenderent.

Choro obligatus non recitans cum aliis horas canonicas, grauiter peccat & fructus non facit ſuos.

Penſionem fructus, aut alias res Eccleſiaſticas vt clericus pcipiens, obligatur ad dicẽdum officium paruum B. Virginis Mariæ.

Diſpenſatio non ſuffragatur ſtudentibus ſi tẽpus quod horis canonicis dicendis tribuere poſſent, luſibus impẽdant.

Cap. 6. Quoniam vero non pauci ſunt clerici minoris ætatis, qui per ſe id præſtare non valent, admonemus parentes, vel tutores eorum, & præceptores etiam, vt huiuſmodi iuniores clericos in horarum canonicarum recitatione inſtrui faciant, quouſque bene didicerint id quod vt debite ad effectum adducatur diligentem eius rei inſpectionem, & curam parochis & Vicariis noſtris locorum committimus, qui non ſucceſſiue admoneant, ſi qui id facere prætermiſerint.

Parentes & alij curatores clericos minores beneficiatos in horarum canonicarum recitatione inſtrui curare debent.

Cap. 7. Nemo autem extra diœceſim ſe ad ſtudia conferre

 poſſit,

Extra Diœceſim ad ſtudia clericus nullus ſe cōferat, niſi litteris dimiſſoriis habitis.

poſſit, niſi prius habitis litteris dimiſſoriis iuxta ſacros Canones; & qui ita in ſtudiis verſabuntur, teneantur nos ſtatim admonere, quas lectiones audiant, & apud quos ſint, ac deinde ſingulis annis teſtimonium aliquod profectus ſui à præceptoribus ad nos mittere.

Tonſura eſt militię ſpiritualis inſigne: & cuius latitudinis eſſe debeat.

Cap. 8. Tonſura autem, quæ eſt militiæ ſpiritualis inſigne, in clericis ſacris initiatis tres, in aliis vero minoribus duos digitos ſit lata, & hæc æſtate binis, hyeme ternis quibuſque ſeptimanis ſaltem ſemel ſub pœna vnius libræ ceræ albæ elaboratæ piis vſibus ad noſtrum arbitrium applicanda renouetur.

Veſtes clericales ſimplices ac talares, nigriq; coloris eſſe debent.

Cap. 9. Veſtitus quoq. clericali decentiæ congruus talis ſit. Vnuſquiſque clericus maxime in ſacris conſtitutus vel beneficiatus ſimplicem veſtem tam interiorem quàm exteriorem nigram ac talarem ferat. Et vbi pallium (quod vulgo ferraiolum vocant) exterioris veſtis loco in more & vſu eſt, poſſint illo vti, dummodo ſimplex, nigrum, ac talare ſit, & collare non altius tribus digitis, ac ſine holoſerico habeat. Clerici vero ſimplices, qui ob inopiam, quam doceant, huiuſmodi veſtes talares comparare non valebunt, breuiores ferre queant, ita tamen vt ad minus infra genua vſque ad mediam ſuram ſiue tibiam deſcendant. Itinerantes autem clerici etiam in ſacris conſtituti breuioribus veſte interiori ac pallio vti valeant, dummodo tamen infra genua duos ad minus digitos attingant: omnes autem gerant veſtem interiorem Zona præcinctam, vel fibulis aut nodulis anterius collectam, & vinctam. Caligas etiam non holoſericas non diſſectas, non inflatas more laicorum, ſed ſimplices, ac decentes habeant, quæ nigræ ſint, aut ſi ita Vicarij noſtri pro locorum qualitate & vſu concedendum iudicauerint, albæ. Calceis & crepidis non inciſis, ſed ſimplicibus & nigris ex corio vtantur. Manicas diploidum ſeu thoracium (quos vulgo vocant li gipponi) nigras ferant, aut ſi albas, deſuper induant manicas veſtis nigræ interioris, & non inciſas, ſed ſimplices nullo etiam ornatu ſu-

Clerici ſimplices, qui ob inopiam talares veſtes cōparare nō valent, breuioribus vtātur, dummodo infra genua ad mediam tibiam deſcendant.

Caligas ferāt clerici non holoſericas nec diſſectas, vel inflatas more laicorum, ſed decētes, q̄ nigrę ſint uel de licentia albę.

Manicas nigras ferant clerici extrinſecus, & indudufia non habeāt ad mau^{9}, aut collum rugoſa, aut elaborata.

tu ſuperinducto. Induſia nec ad collum neque ad manus criſpa, ſeu rugoſa vel elaborata, ſed ſimplicia & decentia ſint. In eccleſia ſemper geſtẽt biretũ quadratum, ita etiam extra eccleſiam, niſi pluuia vel grauis æſtus, aut ventus ſit, quo tempore & cum ſunt itinerantes, pileum non acutum in vertice, ſed latum geſtare poſſint. Admonentur etiam omnes, ne laruati, aut perſonati quocunque tempore incedant. Qui contra hæc deliquerint, iuxta decreta Prouincialia Synodi Beneuentanæ veſtium amiſſione, & carcere, necnon, iuxta antiqua diœceſis ſtatuta longa temporis ſerie obſeruata quinquaginta libris ceræ albæ elaboratæ ad pios vſus arbitrio noſtro applicandis mulctentur.

> Biretũ quadratũ ſemper geſtẽt clerici, niſi grauis æſtus, vel pluuia, aut ventus fuerit

> Laruati aut perſonati nunquam incedant.

> Tranſgreſſorum pœna.

Cap. 10. Quia vero cordis puritas clericos in propria vocatione & officio multum iuuat ac promouet: proinde ordinamus, & præcipimus, vt omnes clerici non tam in Seminario, & aliis ſcholis ſtudentes, quàm alij quicunque non ſolum tempore Paſchali, quo omnes etiam laici de præcepto Eccleſiæ tenentur, verum etiam, iuxta decreta concil. Trident. ſemel ad minus in menſe peccatorum ſuorum confeſſionem faciant ſacerdoti expoſito, & ſacroſanctam Euchariſtiam ex confeſſarij iudicio ſuſcipiant, vt eo ſalutari præſidio muniti omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperare valeant. Qui autem in diaconatu, & ſubdiaconatu conſtituti ſunt, quorum munus eſt, ad altare miniſtrare, & ſacra vaſa tangere, ſemel in ſeptimana id facere debent, præſertim cum altari miniſtrauerint, dicente Propheta, Lauamini, & mundi eſtote, qui fertis vaſa Domini. Sacerdotes vero etiam ſæpius: caueant enim ab acceſſu altaris, niſi prius conſcientiam rite diſpoſuerint, ne tantum ſacramentum indigne tractent, & in æternam damnationem accipiant. Et clerici etiam leuitæ mandatum hoc tranſgredientes, poſt ſecundam monitionem, pœnam dimidiæ libræ ceræ albæ elaboratæ in pauperes diſtribuendæ

> Seſs. 23 c. 11. & 18. ref.

> Clerici ſemel ſaltem in menſe cõfeſſionẽ peccatorum faciãt, & ſacram Euchariſtiã ſuſcipiant.

> Concil. Tridẽt. ſeſſ. 23. c. 13. reform.

> Eſa. 52

> Leuitæ itidẽ ſingulis ſeptimanis præſertim cũ ad altare miniſtrãt, facere debent.

> Sacerdotes vero ſæpius ſua confiteri debent peccata.

buendæ ſingulis vicibus incurrant, niſi legitimum eos excuſet impedimentum per Vicarios locorum approbandum. Vt autem hæc debite ad effectum adducantur, ordinamus omnibus confeſſariis quorumcunque clericorum etiam Leuitarum, vt nomina eorum, & vices, quibus confitebuntur, diligenter notent, ac ſingulis menſibus Vicariis noſtris locorum huiuſmodi conſignationem ſcriptam præſentent, & in hac cathedrali ciuitate ſummæ Eccleſiæ, ac per diœceſim ſingulorum locorum parochi idem facere teneantur, circa communionem eorundem clericorum. Vicarij autem quater in anno, nimirum ſingulis quatuor anni temporibus nobis, aut Vicario noſtro generali dictas conſignationes confitentium, & communicantium clericorum tranſmittant.

Confeſſarij pſentare debent Vicariis locorũ noĩna clericorũ & leuitarũ, qui eis ſunt cõfeſſi, & quotiẽs

Vicarij locorum quater in anno; tranſmittãt Vicario gñrali dictas cõſignationes clericorum confeſſorum & communicatorum.

Clerici dicuntur militiæ Chriſti aſcripti.

Licet clerici, qui Chriſti militiæ ſunt adſcripti, in carne ambulent, non tamen ſecundum carnem (inquit Apoſtolus) militare debent: in carne enim ambulantes non ſecundum carnem militamus, quia arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam cum impleta fuerit veſtra obedientia. Hinc præclare ait D. Ambroſius: Milites Chriſti non pila ferrea, non gladios, non arma quærere, ſed dolorem, fletum, orationes, & lachrymas, arma clericorum, & vera munimenta ſacerdotis eſſe. Quare omnibus & ſingulis noſtræ diœceſis ſacerdotibus & clericis cuiuſcunque ſint gradus, ſtatus, & conditionis mandamus, iuxta decreta Synodi Prouincialis, ne cuiuſcunque generis ſclopetas, aut qualiacunque alia arma offenſiua, ſeu defenſiua ferant, ſub pœna amiſſionis armorum, & carceris, necnon, iuxta vetera & vſitata ſtatuta

Cap. 11. 2. Cor. 10.

Clericorũ arma & munimẽta sũt fletus, orationes, & lacrymæ.

in orat. ĩ Auxẽ. lib. 5. Epiſt.

Clerici ſclopetas, aut alia arma offenſiua, vel defenſiua ferentes qua pœna puniãtur.

Seſſ. 5. de qualit. Epiſco. & vit. & honeſt. cler. c. 6

tuta diœceſis centum librarum ceræ albæ elaboratæ ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarum, niſi cum iter per loca non tuta faciendum erit, obtenta tamen prius à nobis licentia in ſcriptis. Quod ſi arma fuerint huiuſmodi, vt regiis etiam pragmaticis & conſtitutionibus ſint prohibita, talia arma ferentes incurrant eandem pœnam, ſed duplicatam, exceptis tamen cultellis ad incidendum panem palmum non excedentibus.

Cap. 12. Cum turpiſſimum ſit in clericis luſus cartarum & taxillorum exercere ſub pœna ducentarum librarum ceræ albæ elaboratæ omnibus eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi luſus prohibemus, quam incurrant etiam ſi per ſimplicem denunciationem à perſonis fidedignis fuerint delati, non ij ſolum, qui ita luſerint, ſed etiam qui locum præbuerint, aut ſpectauerint, vel ipſis præſentes extiterint.

Cultellos ad incidendum panem dũmodo palmũ nõ excedant. Clerici ferre poſſunt.

Luſus cartarũ taxillorumque clericis interdicitur, & qua pœna trãſgreſſores afficiũtur.

Cap. 13. Cum nocturni diſcurſus clericorum pleni ſint periculis, & ſcandalis ſub pœna vigintiquinque librarũ ceræ albæ elaboratæ prohibemus, ne quis eccleſiaſticus poſt ſecundam horam noctis extra ædes ſuas, etiam cum lumine exire & per plateas diſcurrere poſſit (præterquam curam animarum gerentes cum ad infirmos ſpiritualiter iuuandos debito modo vadunt) quòd ſi etiam ſine lumine fuerint, quinquaginta librarum pœnam incurrãt, ſi legitime conſtiterit.

Poſt ſecũdam horam noctis nemini liceat extra ædes proprias etiã cum lumine exire niſi curatis pro ſuo officio: & qua pœna plectãtur contra facientes.

Cap. 14. Quam turpe ac clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignũ in impudicitiæ ſordibus, immundoq. concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione, ſummoque clericalis militiæ dedecore teſtatur. Vt igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem miniſtri eccleſiæ reuocentur, populusque hinc eos magis diſcat reuereri, quò illos vita honeſtiores cognouerit, prohibemus, iuxta ſanctiones ac decreta ſacroſanctæ Synodi Tridentinæ, quibuſcunque clericis, ne concubinas etiam ſi decrepitæ

Seſſ. 25. c. 14. de reform.

Clerici cõcubinas & decrepitæ ætatis, aut mulieres de quibus poſſit haberi ſuſpicio, domi vel extra habentes, qua pœna puniantur.

crepitæ fuerint ætatis, aut alias mulieres, de quibus poſſit haberi ſuſpicio, in domo vel extra detinere, aut cum iis vllam conſuetudinem habere audeant: alioquin pœnis à ſacris Canonibus, vel ſtatutis eccleſiarum impoſitis puniantur. Quod ſi (inquit eadem ſacroſancta Synodus Tridentina) à Superioribus moniti ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcunque & penſionum, ipſo facto ſint priuati: quæ fabricæ eccleſiæ, aut alteri pro loco arbitrio Epiſcopi applicetur: Sin vero in delicto eodem cum eadem, vel alia femina perſeuerantes; ſecundæ monitioni adhuc non paruerint: non tantum fructus omnes ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur: ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ delegatus, arbitrabitur, ſuſpendantur; & ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam verſentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcunque eccleſiaſticis perpetuo priuentur, atque inhabiles, ac indigni quibuſcunque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus, cum iis ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum: ſed ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut aliàs huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectãtur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut ſuſpendat, ſupradictorumq. omniũ cognitio, non ad archidiaconos, nec diaconos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, procedere poſſint. Clerici vero beneficia eccleſiaſtica, aut pẽſiones

Perſeuerante contumacia, pœna augeatur.

Qui reddantur inhabiles ad beneficia & dignitates ex comercio ſuſpectarum mulierum.

Epi ſola facti veritate inſpecta, procedit contra concubinarios, clericos.

non

non habentes, iuxta delicti & contumaciæ perſeuerantiam,& qualitatem ab ipſo Epiſcopo carceris pœna ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis,iuxta ſacros canones puniantur.

Cap. 15. Ex c. 1. de coh. cler. & mul.

Licet antiqui canones permiſerint ſacerdotibus cohabitationem cum matre, amita, & ſorore, quia tamen inſtigante diabolo,& in illis ſcelus perpetratum reperitur,aut etiam in earundem pediſſequis,noui poſtea canones decreuerũt,ne clerici cũ mulieribus quibuſcunque cohabitent,etiã cum iis, de quibus cõmuniter nulla poſſit haberi ſuſpicio,quales ſunt dictæ mater,amita, & ſoror. Quia, vt optime docet D. Auguſtinus, & ſi propinquæ non ſint ſuſpectæ, tamen quæ ad eas ventitant, ſuſpicionem poſſunt efficere. Quia igitur nos in viſitatione cõperimus id per diœceſim noſtram parum obſeruari non ſine ſcandali periculo, prohibemus ſub pœna priuationis omnium beneficiorum iis,qui ſunt beneficiati, aliis vero carceris arbitrarij, ne poſthac preſbyteri, vel clerici alij quicunque noſtræ diœceſis familiam habentes vllam mulierem ſecum detineãt, non ſolum de qua eſſe poſſet ſuſpicio, ſed neque matrem, amitam,& ſororem, ſine ſpeciali licentia noſtra in ſcriptis obtenta:ſed ſi quam de his neceſſitatem habuerint, presbyteri habeant in vico,aut in villa domum longe à ſua conuerſatione, & ibi eis, quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrent. Habentes autem actualiter eas infra octiduum ab harum publicatione ſub eadem pœna dimittant.

Cohabitatio cum matre, amita, & ſorore, licet fuerit qñdoq. permiſſa, tñ ex cauſa prohibetᷓ abſq. licẽtia.

Cap. 16.

Etſi clericus licet ex prouentibus ſuorum beneficiorum, aut hæreditatis paternæ, quæ ſuperſunt, veluti vina, frumenta, legumina, ligna, & id genus alia vendere, pecuniasq. in alios vſus proprios,aut eccleſiæ ſuæ neceſſarios conuertere, non tamen eis permittitur mercaturæ exercitium, prædicta meſſis vel vindemiarum, aut alio tempore vilius emendo, & aliis poſtea carius, lucri cauſa, vendendo, id quod certe ab homine laico,

Clerici quę ſuperſunt ſibi ex fructibus beneficiorũ, vel hęreditate paterna, vẽdere poſſunt.

vere Chriſtiano, ne dum eccleſiaſtico prorſus alienum eſſe deberet, cui omne genus auaritiæ omnino vitandum: id enim ſanctè monet etiam Leo Pontifex Max. inquiens; Virum catholicum, & præcipue ſacerdotem Domini, ſicut nullo errore implicari, ita quoque nulla cupiditate violari debere, id quod ſcriptum eſt, Poſt cõcupiſcentias tuas ne eas, mens enim diuitiarum auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. Quam etiam ob rem D. Ioan. Chryſoſt. non eſt veritus dicere, nullum Chriſtianum eſſe debere mercatorem, aut ſi voluerit eſſe, de Eccleſia proiiciendum, dicente Propheta; Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Mercatorem etenim non vacare mendacio, & periurio, eorumq. ſubſtantiam ſtabilem eſſe non poſſe, neque ad bonum proficere, eo quod de malo congregetur: perinde enim, vt ſi triticum, aut aliud huiuſmodi cernas in cribro, dum huc & illuc iactatur, omnia grana paulatim deorſum cadere, ac tandem in cribro nihil niſi inania remanere, ſic de ſubſtantia negotiatorum nihil remanenere niſi ſolum peccatum. Hinc Baldus iuris tam ciuilis, quàm canonici interpres clariſſimus de ſalute mercatorum propemodum deſperare videtur, cum alicubi dubitabundus exclamet, inquiens; O, quò vadit igitur anima mercatoris? Nec mirum, cum Apoſtolus dicat; Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. ſi itaque laicus cupiditatis & quæſtus cauſa, quod eſt auaritia, mercaturam exercens in tanto ſalutis ſuæ conſtitutus eſt periculo, quid ſentiemus de clericis, qui procul eſſe debent, non ſolum ab omni genere auaritiæ & cupiditatis, ſed etiam à negotiis ſecularibus, dicente Apoſtolo; Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat

Marginal notes:

Leo papa j. epiſt. 15

Eccl. 18

Super Matth. homil. 38

Pſ. 70.

Mercatorem periurio & mẽdacio cõiter vacare.

In c. cũ cã extr. de teſt. in fi.

Eph. 5.

Ols fornicator, aut auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus, nõ habet hæreditatẽ in regno Dei.

Clerici ꝓcul eſſe debent ab oĩ genere auaritiæ cupiditatis & negotiis ſecularibus.

Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus.

2. Tim. 2.

ceat cui ſe probauit? Sanctiſſime igitur ait D. Hieronymus ad Ruſticum Narbonenſem: Periit lex de ſacerdote & viſio de Propheta. & hoc ideo, quòd nemo poſſit ſeruire Deo & mammonæ, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi & cor tuum: Recordentur verborum Apoſtoli dicentis, Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem ò homo Dei hæc fuge, ſectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, & manſuetudinem. Quare volentes ſaluti animarum Cleri noſtri, ex noſtri Paſtoralis officij debito conſulere, omnibus Sacerdotibus, & aliis Clericis noſtræ Diœceſis cuiuſcunque ſint gradus, & conditionis ſerio mandamus, ne vllo tempóre mercaturam quamcunque exerceant, vina aut frumenta, vel cuiuſcunque generis annonam, & alias res qualeſcunque vilius emendo, aliiſque poſtea carius vendendo: necnon quodlibet aliud negotiationis ac turpis lucri genus ſit quomodocunq. Quod ſi quis in aliquo horum deliquiſſe, deprehenſus fuerit, præter priuationē eorum bonorum, circa quæ eſt negotiatus, carceri etiā, quouſq. condignam luerit pœnam, mancipetur. Si vero ſecundo inciderit, præter dictam pœnam, etiam centum libras ceræ albæ elaboratæ perſoluat, & tertia vice, ſi temerarie eouſq. peruenerit, beneficiis etiā priuetur, ſi quæ habet: ſin minus, ſuſpendatur ab exercitio ordinum, aliaſq. pœnas, prout Curiæ noſtræ dignū viſum fuerit, ſubeat. Quinimo à ſacris Canonibus ſub pœna anathematis id prohibetur, vbi ſic legitur,

[Margin: 1. Tim. 6.]
[Margin: Vbi eſt Theſaur' tu' ibi & cor tuū.]
[Margin: Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationē & laqueum diaboli]
[Margin: Radix omniū malorum cupiditas.]
[Margin: Mercatura Clericis interdicitur & pœnę cōtrafaciētibus appoſitę.]
[Margin: Ne Cler. vel monac. c. 6.]

gitur: Secundum inſtituta prædeceſſorum noſtrorum, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi, vel clerici cauſa lucri negotientur.

Clerici ne fiant laicorũ miniſtri, nec in rebus eorum procuratores exiſtant, d. tit. c. 4.

cap. 17. Ne Cler. vel monac. c. 2.

Sacri canones ſerio Sacerdotibus & Clericis prohibent, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant, ſed nec procurationes Villarum, aut iuriſdictiones etiã ſeculares, ſub aliquibus Principibus & ſecularibus viris vt iuſtitiarius eorũ fiat, Clericorum quiſquam exercere præſumat. Ita quòd ſi quis aduerſus hæc venire tentauerit (quia contra doctrinã Apoſtoli dicẽtis: Nemo militãs Deo, implicet ſe ſecularibus negotiis ſeculariter agit) ab Eccleſiaſtico fiat miniſterio alienus: pro eo quod (officio Clericali neglecto) fluctibus ſeculi, vt poteſtatibus placeat, ſe immergit. Diſtrictius autem decernimus puniendũ (inquit ſacer Canon.) ſi religioſorum quiſquam aliquid prædictorum auſus fuerit attentare. Quare nos ex officio prouidere volentes, ne Sacerdotes & Clerici noſtri in huiuſmodi prohibitiones incurrant mandamus eis cuiuſcunq. ſint ſtatus, conditionis & gradus ſub pœna excommunicationis & carceris, ne quis Principũ & quorumcunq. laicorum & cõmunitatũ negotia procurare audeat, aut eis inſeruire veluti iuſtitiã exercendo vel prouẽtus eorũ adminiſtrando, aut ratiocinia ſuſcipiendo, vel rerum familiarium, aut poſſeſſionum curam habendo, ſeu alia ſimilia faciendo, abſq. ſpeciali licentia noſtra in ſcriptis obtenta. Præterea iuxta Synodum prouincialem Beneuentanam pro curatione, aduocatione, patrocinio, & omni actione cauſarum apud Iudicem ſecularẽ, exceptis cauſis à iure permiſſis, & notariatus, & tabellionatus officio, necnon cura, tutela, & arte medendi Clerici abſtineant: in rebus contrahendis ſe medios ne adhibeant, operas ſuas alteri mercedis gratia ne locent, prædia ne conducant, & pro nemine ſpondeant equos, equitandique artem ne exerceant, Qui in aliquo ſupradictorum delinquerint, carceris & aliis etiam pecuniariis in pios

2. Tim. 2.

Aduocatione procuratione patrimonio, tabellionatus officio cura tutela & arte medẽdi & id genus aliis clerici abſtineant.

ſeſſ. 3. ca. 9.

vſus

vſus erogandis pœnis arbitrio noſtro puniantur, & eorum creſcente contumacia, beneficiis, ſi ea obtinuerint, priuentur, aut aliis pœnis prout nobis videbitur, plectantur. Quoad vero ſeculares negotiationes, ſi tertio moniti, ab ipſis non abſtinuerint, iuxta decretum Honorij III. quo ad eorum bona, clericale etiam priuilegium amittant.

Clericus negotiator ſi tertio monitus non abſtinuerit qua pœna puniatur.

Cap. 18. Licet clerici perſonis Eccleſiaſticis, præſertim circa Eccleſiarū miniſteriū, inſeruire poſſint, vilia tamen officia aut opera, quæ clericali decoro non conueniunt, minime faciāt. Laicis autē officiū ſuum ne præſtent, præter quā circa educationē filiorū de licentia tamen noſtra in ſcriptis obtenta. Fœminas nobiles, aut alias cuiuſuis generis ne aſſectentur, neve ipſarum brachiis inhærentes ducant, aut eis quoquomodo famulentur, neve officij cauſa ſtent circum menſam illis accumbentibus. Qui ſecus egerit, proxime dictas pœnas iuxta eandem Synodum prouincialem incurrant.

Clerici vilia officia q̃ clericali decoro non conueniunt minime faciant.

Clerici nullatenus fœminis famulentur.

Cap. 19. De cle. ven. c. 1 & 2. Sacris canonibus inhærere volentes, qui non venationes modo & ſiluaticas vagationes cum canibus ſub grauiſſima pœna clericis interdicunt, verum etiam canes ipſos, accipitres, falcones & huiuſmodi ad venandum habere prohibent, vniuerſo clero noſtro, tam maioribus, quàm etiam minoribus ſub eiſdem pœnis, & ducentarum inſuper librarum ceræ albæ elaboratæ diſtricte mandamus, ne canes venaticos, accipitres, falcones, & huiuſmodi alant, aut etiam ab aliis accepta ad venandum ſecum portent. Non excludimus tamē, quin aliquando animi cauſa venatum maxime ad capiendas aues ire poſſint, dummodo ne venaticos canes, & aues ſupranominatas habeant, neque ſclopetas, aut alia arma per regias pragmaticas & conſtitutiones prohibita ferant.

Canes, accipitres, falcones, & huiuſmodi non nutriāt ſub pœna.

Cap. 20. Cōcil. Tridēt. ſeſs. 23 c. 16. reform. Quoniam per ſacros canones prohibitum eſt clericis ſub graui pœna, vt vagentur & extra diœceſim non obtenta à proprio ordinario licētia diſcurrant, quo etiam fit,

Clerici ne vagentur vel extra diœceſim diſcurrant non obtēta licentia ſub pœna.

fit, vt nemo ſine commendaticiis ordinarij ſui litteris à quoquā Epiſcopo ad celebranda diuina, & ſacramenta adminiſtranda debeat admitti,& multos ex clero noſtro etiam in ſacris conſtitutos, ſine dimiſſoriis noſtris extra diœceſim commorari intellexerimus, eis omnibus & ſingulis in quocunq. ordine exiſtant,etiam preſbyteratus, ſub pœna vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ mandamus; vt vnius menſis ſpatio ab huius decreti noſtri cognitione ſe coram nobis, aut Vicario noſtro generali præſentent. Sub eadem etiam pœna iniungimus illis, qui præuia licentia noſtra abſunt, ſtudiorum aut alia de cauſa, vt infra dictū tempus nos, vel Vicarium noſtrum generalem per litteras teſtimoniales fidedignas admoneant, vbi ſint,apud quos habitent, quid agant, num certæ Eccleſiæ inſeruiant,an vero in ſtudia incumbant, & in quæ item an cum tonſura & decenti habitu clericali incedant, & circa vitæ ac mo rum honeſtatem bonum præbeant exemplum: necnon qui in ſacris conſtituti ſunt, an ſemel in ſeptimana, alij vero ſemel in menſe confiteantur, & communicent. Vt autem hoc decretum noſtrum ad omniū notitiam perueniat, mandamus Vicariis noſtris generali, & foraneis, vt huiuſmodi clericos abſentes ſtatim admoneri curent.

¶Abſentes clerici ſtudiorū cā ēt de licētia, ordinario rū teſtimonium à fidedignis tranſmittāt apud quē comorentur, quō viuant, & quibus litteris incūbant.

Cap. 11

Vt inutiliter vagandi occaſiones remoueantur,mandamus omnibus clericis diœceſis noſtræ, ne abſque noſtra ſpeciali, aut Vicarii noſtri generalis licentia extra diœceſim exeant, vbi eodem die redire non poſſint. Qui ſecus fecerint, ipſo facto vigintiquinque libras ceræ albæ elaboratæ, iuxta antiqua ſtatuta diœceſana,ſoluere teneantur. Quòd ſi in triduo non redierint, præter dictam pœnam, quot noctes à dicto triduo elapſo extra diœceſim fuerint, tot etiam libras ceræ albæ elaboratæ ſoluant. Vicariis foraneis noſtris tamen concedimus,vt clericis ſub eis exiſtētibus ad triduū extra diœceſim mo randi facultatem neceſſitate exigente impertiri poſſint.

Clerici pernoctātes extra diœceſim ſine licentia, qua pœna afficiātur.

Quia

Cap. 22. Quia inter clericos etiam quidam nõ deſunt, qui indebitis modis detrahendo, informando, ſeu deferendo, ſecrete vel palam dicta & facta aliorum, ſeu etiam confingendo, diſcordiis, inimicitiis, & grauioribus malis cauſas ferunt, ac vti diaboli inſtrumenta ſe felices putant, ſi eorum opera alij periclitentur, & in ærumnas calamitatesq. incurrant, volentes nos huiuſmodi peſtem à clericatu noſtro remouere; Vicariis noſtris generali, & foraneis diſtricte præcipiendo mandamus, vt cum huiuſmodi clericum deprehenderint, qui inter alios, odia, rixas, aut pericula ſeminet diaboli inſtinctu, eum ad curiam noſtram tranſmittant tamdiu carcere puniendum, donec ab huiuſmodi prauo affectu bene reſipiſcat: quodſi denuò in idem vitiũ prolapſus fuerit, ita augeatur pœna, vt iteratum exceſſum æquet, tertia autem vice, prout iuris fuerit, caſtigetur.

Detractores clerici, infamatores publice vel ſecrete, vel rixas diſſeminantes, qua pœna puniantur.

Cap. 23. Quia clerici ad hoc vt clericali priuilegio gaudeant, non ſolum in habitu ac tonſura incedere, verum etiam in diuinis inſeruire debent, præſcriptis tonſura & habitu, quales eſſe oporteat, proponendum iam eſt, qua ratione diuinis inſeruiendum ſit; quod nihil aliud eſt, quàm tempore diuinorũ officiorũ ad eccleſiã venire, & cum aliis in choro canere, vel ad altare iuxta rectorum diſpoſitionem miniſtrare, ac proceſſionibus intereſſe: circa quod ne iuuentus à ſtudiis præter modum diſtrahatur, ſi quotidie eccleſiarum miniſterio vacaret, ita moderando, ac limitando ſtatuimus, & decernimus, vt omnes ſuperpellicio (quod vulgo vocant, la cotta) induti diebus feſtis infra notatis, tam ad primas, quàm ſecundas veſperas, & mane ad ſummam miſſam conuenire, necnon matutinis feriarum quartæ, quintæ, ac ſextæ hebdomadæ ſanctæ, & omnibus proceſſionibus intereſſe teneantur canendo, vel miniſtrando. Diaconi tamen & ſubdiaconi extra chorum vbi alij ſunt clerici, ne miniſtrent, niſi in ſuis ordinibus, quando miſſæ canuntur. In cathedrali præterea vbi magnus eſt clericorum

Clerici in quibus & quõ eccleſię inſeruire debent.

rum

Clerici in cathedrali bini quotidie, & terni in feſtis ad miſsã maiorem miniſtrent.

rum numerus, teneantur etiam per hebdomadas bini quotidie ad miſſam maiorem miniſtrare, & diebus feſtis terni, quorum tertius thuribuli curam gerat. Feſti vero dies, ad quos obligamus clericos, ſunt ſequentes.

DIES FESTI, QVIBVS TENENtur omnes clerici diuinis intereſſe, cum pœna contra negligentes.

CONSTITVTIO TERTIA.

Deſcriptio dierũ feſtorum, in quibus clerici inſeruire debent eccleſiæ.

OMnes dies Dominici. Cap. vnic.
Natiuitas Domini, cum tota octaua.
Epiphania.
Feria quarta Cinerum mane.
Feria tertia mane, & quarta, quinta, ſexta, ac dies ſabbati hebdomadæ ſanctæ ad omnia diuina officia.
Paſcha cum tota octaua.
Feſtum Inuentionis ſanctæ Crucis.
Aſcenſio Domini.
Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus.
Feſtum Corporis Chriſti.
Omnes dies feſti Beatiſſimæ Virginis Mariæ.
Natiuitas ſancti Ioannis Baptiſtæ.
Omnes dies feſti Apoſtolorum, & Euangeliſtarum.
Sancti Antonij Abbatis.
Sanctæ Agathæ Virginis & Martyris.
Sancti Thomæ Aquinatis Doctoris.
Sancti Gregorij Papæ & Doctoris.
Sancti Benedicti Abbatis.
Apparitionis ſancti Michaelis.
Sancti Bonauenturæ Doctoris.
Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Sancti Dominici Confeſſoris.
Transfigurationis Domini.

Sancti Laurentij Martyris.
Sancti Auguſtini Epiſcopi, & Doctoris.
Exaltationis Sanctæ Crucis.
Dedicationis Sancti Michaelis.
Sancti Hieronymi Doctoris.
Sancti Franciſci Confeſſoris.
Feſtum omnium Sanctorum.
Commemorationis defunctorum.
Sancti Martini Epiſcopi.
Sanctæ Catherinæ Virginis & Martyris.
Sancti Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris.
Sancti Ambroſij Epiſcopi, & Doctoris.
Sanctæ Luciæ Virg. & Mart.
Item Dedicationes, & patrocinia Eccleſiarum.

Pęna contra non ſeruientes, vel intereſſentes dieb. feſtis diuinis.

Qui præmiſſorum dierum primis aut ſecundis veſperis, vel mane ſummo officio, non interfuerit, pro qualibet vice mulctam caroleni pendat. Deputati autem ad miniſterium altaris, ſi illud neglexerint, duos carolenos in ſingulas vices perſoluant, ad pios vſus arbitrio noſtro applicandos, id quod tam de diaconis, & ſubdiaconis, quàm de aliis clericis intelligatur: ſed qui in magnis ſolemnitatibus, vel omnibus officiis diuinis Hebdomadæ ſanctæ intereſſe neglexerint, arbitrio noſtro magis puniantur.

PROCESSIONES, QVIBVS CLERICI, etiam regulares vocati, intereſſe debent, cum pœna contra ſubditos negligentes.

CONSTITVTIO QVARTA.

Cap. vnicū.

PRoceſſiones autem, quibus intereſſe debent omnes clerici, tam ſimplices, quàm beneficiati, & maxime in maioribus ordinibus, etiam presbyteratus conſtituti, cuiuſcunq. ſint gradus & præeminentiæ, ſunt ſequentes.

Deſcriptio proceſſionū ad quas clerici obligantur.

Proceſſio Dominicæ Palmarum.

Proceſſio Litaniarum maiorum in feſto diui Marci.
Proceſſiones rogationum trium dierum.
Proceſſio ſanctiſſimi Corporis Chriſti.
Proceſſio ſanctæ Agathæ in ciuitate Agathenſi.
Proceſſio ſancti Antonij Abbatis in eadem ciuitate Agathenſi.
Item quæcunque proceſſiones à nobis aut Vicariis noſtris ob cauſam publicam indicendæ.

Ad præmiſſas autem proceſſiones non ſolum clerici cuiuſcunque ſint gradus & dignitatis, ſed etiam regulares quicunque vocati accedere teneantur, iis tamen exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt. *Ex cōc. Trid. de regu. & mon. c. 13. in fin.*

Pœna contra negligentes proceſſionib. intereſſe.

Qui autē ex clero noſtro neglexerit huiuſmodi proceſſiones ſingulariter expreſſas, quicunque is ſit, etiam in dignitate conſtitutus, iuxta decreta Synodalia huius noſtræ diœceſis, ſingulis vicibus, quibus defuerit, vno ducato, aliàs vero medio ducato in vſus pios ex noſtro arbitrio conuertendos mulctetur: id quod vt inuiolabiliter obſeruetur, ſub interminatione maledictionis æternæ Vicariis noſtris committimus, & mandamus, qui ad nos, ſeu Vicarium noſtrum generalem nomina abſentium infra triduum à die habitæ proceſſionis tranſmittere teneantur. Qui vero ad proceſſiones huiuſmodi venerint, ſed non ad initium, vel ante finem diſceſſerint, ſine licentia ex cauſa rationabili, media parte mulctetur, applicanda vt ſupra. Finita autem proceſſione ſub eadem pœna, presbyteri omnes & clerici redire teneantur ad Eccleſiam matricem proceſſionaliter cum cruce, præterquam cum eccleſia principalis longe diſtat: tunc enim ſatis erit, vt ad propinquiorem eccleſiam ſimili modo proceſſionaliter redeant, à Vicario loci præſcribendam.

Finita pceſſione presbyteri & clerici pceſſionaliter ad eccleſiam matricē redire teneantur.

DE OBLIGATIONE ET ONERIBUS Canonicorum & Cleri Eccleſie Cathedralis.

CONSTITVTIO QVINTA.

Cap. 1. ALmutia (vt vocant) Canonicorum Eccleſiæ noſtræ Cathedralis ſint omnia ſimilia tam pellibus internis, quàm externo tegmine ſerico, cum materia, tum colore, quæ ad ſeruandam conformitatem ita geſtentur, vt hyemali collum ambientia deorſum ab humeris pēdeant anterius, æſtiuo autem tempore ſupra brachium ferantur.

> Almutia canonicorū tā in pellib. q̃ externo tegmine materia & colore cōformia eſſe debeant.

Cap. 2. Quia canonici cathedralis Eccleſiæ tenētur vndecim miſſas celebrare propter onera communia, ad quæ Capitulum eſt obligatum: & quidam ſingulares canonici etiam ratione beneficiorum, quæ peculiariter obtinent, quorum tempore ſummi officij & horarū ſacrum facientium abſentia chorus imminuitur; ordinamus vt poſthac non plures, quàm ſeptem ex ijs, quos capitulum ad prædicta onera communia deputauit, tempore ſummi officij, & horarum prædictarum celebrent: cæteri omnes, partim ante, & partim poſt ſacris operentur, id quod vt debite obſeruetur, Decano & cuſtodi ſit curæ. Cuſtos autem & cenſor chori ſemper interceſſit choro, vt alij, ſub pœnis, quibus cæteri ſubiacent.

> Capiturū cathedralis pp cōia onera miſſas vndecim celebrare tenetur.

> Cuſtos & cenſor chori ſemper interſint.

Cap. 3. Cum ad ſacrarij Cathedralis Eccleſiæ curam ex longo vſu præter ſummum Sacriſtam Canonicum tres alij deſtinati ſint, qui diuiſis vicibus hebdomadatim officiū facere tenentur, & diebus feſtiuis omnes coniunctim, relinquimus hanc conſuetudinē in ſuo robore eis diſtricte ſub carceris & alijs pœnis arbitrarijs mandantes, vt quiſque vicem ſuam diligenter adimpleat, & diebus feſtiuis omnes communem operam in officio collocent, ſuperpellicijs induti tempore diuinorum officiorum.

> Sacriſtę cathedralis diebus feſtis omnes officio ſuo interſint ſuppellicijs induti tempore officiorum.

Quia eam ob rem duo Primicerij, hoc eſt rectores cã- Cap. 4.
tus introducti ſunt in chorum, vt vterque cantantes ex latere ſuo pro decoro dirigat, videmusque ad id eorum præſentiã eſſe maxime neceſſariam, ordinamus vt quando Primicerij affectæ valetudinis, aut alio legitimo impedimento à choro abeſſe cogentur, proximus loco Canonicus ex aſtantibus de more vices eorum ſuppleat, ne chorus circa cantum debito regimine defraudetur. Inſtruant autem Primicerij aliquos ex Seminarij alumnis vel aliis clericis, qui per vices virga oblonga alba notas demonſtrent, & initia verſuum in pſalmis.

Primicerij ſi legitime impediti à choro abeſſe cogantur, prior Canonicus vices eorum ſuppleat.

Seminarij alumni, & alij Clerici iuniores in decanta- Cap. 5.
tione Pſalmorum ante chori pulpitum ſtent, & ex cõmuni pſalterio, quod pulpito imponatur, cantẽt in duas partes diuiſi, & vtriq. proprium chorum ſequantur.

Seminarij Alumni & clerici iuniores diuiſim ante pulpitum aſſiſtãt in choro pſalmos canentes.

Diaconi & Subdiaconi Ciuitatis ſanctæ Agathæ, mi Cap. 6.
niſtrare quidẽ teneantur cathedrali Eccleſiæ per vices in ſuis ordinibus: Sed quia vnuſquiſq. operarius dignus eſt mercede ſua, ideo ven. Capitulũ eis ſubueniat de aliqua recognitione maxime pauperibus, prout ſolitum.

Iuxta ſolitũ ſubminiſtretur merces diacono & ſubdiacono miniſtrantibus cathedrali Eccleſiæ.

Quoniam vero mortuos ſepellire vel ad ſepulturã eos Cap. 7.
comitari opus eſt chriſtianæ chartitatis & miſericordiæ, vti ſacræ docent litteræ: hoc præcipue Eccleſiaſticis, præſertim curam animarum habẽtibus competit, cum non ſolum ex charitate, verum etiam ex officio id præſtare de iure teneantur: ob id canonicis Eccleſiæ noſtræ quib⁹ etiam multarum animarum cura eſt commiſſa, ſerio mãdamus ſub pœna amittendæ diſtributionis eius diei (quã punctum vocant) vt pauperum in Domino defunctorum funera, quotieſcunque Capitulum vocatum iuerit, ad ſepulturam gratis dedocant, & omnes interſint.

Canonici Cathedralis cum ad ſepulturam pauperum vocantur gratis deducant & omnes interſint.

Quia vero in cathedrali Eccleſia canonici, qui trigin- Cap. 8.
ta ſunt ex longa iam conſuetudine dimidiatim alternis hebdomadis deſeruiũt choro in diuinis officiis, præterq̃ cõpletorio, ad quod nõ niſi certis quibuſdã anni diebus obligãtur, diebus tñ Dominicis atq. aliis feſtiuis, nec nõ omni-

omnibus, Quadrageſimalibus tenentur omnes intereſſe, conſtitutis in negligentes pœnis, nihil ea in re per has noſtras conſtitutiones innouamus, niſi quòd omnibus canonicis mandamus, vt prædictis diebus Dominicis, aliisq. feſtiuis inferius nominandis, & omnibus Quadrageſimalibus, omnes, aliis vero ij, quorum partes ſunt ex prædicta conſuetudine diuinis officiis omnibus, & ſupplicationibus, quas Proceſſiones vocant, intereſſe debeant. qui neglexerint non legitime impediti vſitatam puncti, vt vocant, amiſſionem incurrant. Ne autem circa dies feſtiuos, ad quos canonici obligantur, quiſquam dubitare poſſit, illos iam & vnà proceſſiones ſubiiciemus.

Quibus dieb. canonici choro intereſſe oẽs teneatur ſub ſtatuta pœna.

DIES FESTI, QVIBVS CANONICI Cathedralis Eccleſiæ diuinis intereſſe debent.

COSTITVTIO SEXTA.

Cap. vnicum.

Deſcriptio dierũ feſtorum, ad quos obligantur oẽs canonici.

OMnes dies Dominici totius anni.

Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti cum vtriſque veſperis.

Item tres dies feſti ſequentes, videlicet ſancti Stephani Protomartyris, ſancti Ioannis Euangeliſtæ, & ſanctorum Innocentum.

Circumciſio Domini cum vtriſque veſperis.

Epiphania cum vtriſque veſperis.

Purificatio beatæ Mariæ Virginis cum vtriſq; veſperis.

Sancta Agatha Virg. & Mart. patrona cum vtriſque veſperis.

Sanctus Matthias Apoſtolus.

Omnes dies Quadrageſimæ.

Annunciatio B. Mariæ Virg.

Feſtum Reſurrectionis cum duobus diebus ſequẽtibus.

Sancti Philippus & Iacobus Apoſtoli.

Inuen-

Inuentio ſanctæ Crucis.
Feſtum Aſcenſionis Domini cum vtriſque veſperis.
Feſtum Pentecoſtes cum vtriſque veſperis, & duobus diebus ſequentibus.
Feſtum ſanctiſſimi Corporis Chriſti, cum vtriſque veſperis.
Natiuitas ſancti Ioannis Baptiſtæ cum vtriſq. veſperis.
Sancti Petrus & Paulus Apoſtoli cum vtriſq. veſperis.
Feſtum Viſitationis B. Mariæ Virg.
Feſtum Saluatoris, hoc eſt, Transfigurationis Domini.
Sanctus Iacobus Apoſtolus.
Sanctus Laurentius Martyr.
Aſſumptio B. Mariæ Virg. cum vtriſque veſperis.
Sanctus Bartholomæus Apoſtolus.
Natiuitas B. Mariæ Virg.
Sanctus Matthæus Apoſtolus.
Dedicatio ſancti Michaelis Archangeli.
Sancti Simon & Iudas Apoſtoli.
Feſtum omnium Sanctorum.
Commemoratio omnium fidelium defunctorum.
Sanctus Martinus Epiſcopus.
Sanctús Andreas Apoſtolus.
Conceptio B. Mariæ Virg.
Sanctus Thomas Apoſtolus.

PROCESSIONES QVIBVS OMNES Canonici Cathedralis Eccleſiæ intereſſe debent.

CONSTITVTIO SEPTIMA.

Deſcriptio proceſſionũ, ad quas ẽt obligantur oẽs canonici.

Roceſſio ſancti Antonij Abbatis cum miſſa cantanda in eius eccleſia. Cap. vnicum
Proceſſio ſanctæ Agathæ Virginis & Mart. Patronæ.
Proceſſio Dominicæ Palmarum.

Proceſ-

Proceſſio ſancti Marci cum miſſa in eius eccleſia cantanda.

Tres proceſſiones Rogationum.

Proceſſio ſanctiſſimi Corporis Christi.

Proceſſiones ad ſepeliēdos Chriſtifideles defunctos, parochiarum Capitulo incorporatarum, & alios quando iuxta morem vocantur.

Item intereſſe debent anniuerſariis defunctorum, & aliis miſſis extraordinariis, pro quibus eleemoſynæ capitulo in communi erogantur.

Poſtremo intereſſe debent etiā quibuſcunque aliis proceſſionibus, vel miſſis à nobis vel Vicario noſtro generali pro publica vtilitate, vel ob aliquam aliam rationabilem cauſam indicendis.

DE REFORMATIONE CVLTVS diuini, & eccleſiarum, necnon obligatione & oneribus Beneficiatorum.

CONSTITVTIO OCTAVA.

Cap. 1. IN die Natalis Domini, tam in cathedrali, quàm aliis eccleſiis totius diœceſis tria ſacra, iuxta ſanctæ matris Eccleſiæ inſtitutionem, primum media nocte, alterum in aurora, & tertium in die hora congrua, & ad ſummum altare cantentur, vbi conſuetudo hactenus fuit ea cum cantu celebrandi.

Quibus horis & quomodo tria ſacra in die Natalis Domini ſint celebranda.

Cap. 2. In ſummis miſſis nihil prætermittatur breuitatis aut quacunque alia ex cauſa, ſed omnia integre cantentur: & tam Epiſtola, & Euangelium, quàm Orationes & omnia alia more Romano cantentur.

Summa miſſa integre cantetur ne aliquid breuitatis cauſa prætermittatur.

Cap. 3. In quocunque ſacro etiā non cantato, non modo fax accenſa ad ſacram hoſtiæ eleuationem, ſed tintinabuli etiam pulſus adhibeatur, quo aſtantes adorationis admoneatur.

Fax accēſa & tintinabulum in ſacro ēt non cantato ad ſacra hoſtiæ eleuationem adhibeatur.

Quia

Quia videmus miniſterium rerum ſacrarum negligen- ter, & per laicos etiam tractari, ordinamus, vt cuiuſq. eccleſiæ res ſacra, & vaſa tractentur & miniſtrentur per ſacerdotem vel alium in ſacris conſtitutum, qui ſacrarij curam gerat, adiuncto tamen ſibi vno aut altero miniſtro clerico, vel laico, qui in aliis rebus minoribus miniſtret, iuxta locorum exigentiam. Cap. 4.

Per ſacerdotē vel alium in ſacris cōſtitutū res ſacræ tractentur, & nō per laicos.

Diebus Dominicis & aliis feſtiuis de præcepto miſſæ pro mortuis ne cantentur ſub grauiſſima pœna; Quo ad dies depoſitionis tamen, & anniuerſarij defunctorum ſeruentur Rubricæ generales Miſſalis Romani. Cap. 5.

Miſſæ pro defunctis dñicis & feſtis diebus nō cātentur, niſi in die depoſitionis, vel anniuerſarij, & tunc ſeruentur rubr. Miſſ. Rom.

Archipresbyteri, & quicunque alij ſacerdotes & clerici etiam cathedralis eccleſiæ canonici funera deducētes ſuperpelliciis ſint induti, nec deſuper geſtent pallium niſi tempore pluuiæ. Cap. 6.

Funera deducentes ſuperpelliciis ſint induti, nec palliū deſuper geſtēt, niſi tempore pluuiæ.

Confratres vero mortuos comitantes ad ſepulturam, ante templi ingreſſum ne extinguant candelas, ſed accenſas retineant vſque ad finem officij funeralis. Parochi autem ne illos impediant, quominus accenſis luminibus, templum ingredi poſſint, neque eis in exigendis candelis, quas confratrum eſſe volumus, moleſti ſint. Cap. 7.

Confratres ne extinguant cādelas antequā cōpleatū ſit funerale officium nec minus impediantur.

Item qui ad funera, & exequias defunctorum fuerint vocati, niſi à principio proceſſionis funeralis & exequiarum huiuſmodi vſque ad finem interuenerint, priuentur eleemoſyna, quæ illis inde obtingeret. Cap. 8.

Qui à principio vſq. ad finē ꝓceſſionis funeralis nō aſſiſtunt, eleemoſyna priuentē.

Licet parochi pro ſepultura ſuorum parochianorum in Domino defunctorum ſibi debita iura, iuxta laudabilem huius noſtræ diœceſis conſuetudinē exigere poſſint, non tamen à pauperibus ſupra illorum facultatem quicquam extorquere debent; id quod ne poſthac fiat, eis ſub grauiſſima pœna arbitrij noſtri mandamus. Imo etiam ordinamus, vt huiuſmodi pauperes, qui ex inopia non habent quod tribuant, gratis & amore Dei à propriis parochis ſepeliantur, & eis exequiæ fiant, ſub pœna viginti librarum ceræ albæ elaboratæ. Cap. 9.

Pauperes in propriis parochiis gratis ſepeliātur, ſi nō habēt quod tribuant, nec in aliquo grauentur

Sepulchra in alto eminentia, iuxta conſtitutionem Cap. 10.

Sepulchra in alto eminentia, & ꝓpe altaria amoueantur.

Pij Quinti ſanctæ mem. quæ incipit, Cum primum. datam Romæ ſexto Calen. Aprilis, anno 1566. Pontificatus vero ſui primo: infra ſpatium vnius menſis ab huius noſtri decreti publicatione, ſub pœna ibidem contenta, amoueantur. Similiter & ea quæ ſunt prope altaria ſuper terram, cuius rei curam habebunt Rectores eccleſiarum.

Cap. 11 Feneſtræ eccleſiarum, per quas laicis in eas patet proſpectus, iuxta dictam Pij Quinti conſtitutionem, muro penitus obſtruantur.

Feneſtræ eccleſiarũ per quas laicis patet proſpectus claudantur.

Cap. 12 Cum Sacroſancta Synodus Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. ita ſtatuat: Epiſcopi etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, in omnibus eccleſiis parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, vt vnus Rector non poſſit ſufficere eccleſiaſticis ſacramentis miniſtrandis, & cultui diuino peragendo: cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet ſibi tot ſacerdotes ad hoc munus adiungere, quot ſufficiant ad ſacramenta adhibenda, & cultum diuinum celebrandum, & nos partim ex aliorum relatione, partimq. ex propria ſcientia comperimus quoſdam Archipresbyterorum & Parochorum tum propter diuerſa altaria, ſeu beneficia eccleſiis, quas obtinent, vnita & incorporata, vel ipſis aliàs collata, tum maxime propter parochianorum multitudinem teneri & obligari ad maiorem capellanorum numerum habendum, qui eos adiuuent: id quod tamen cum detrimento cultus diuini, & animarum ſibi commiſſarum diſpendio haud præſtant, pro debito noſtri Paſtoralis officij prouidere volentes huiuſmodi neceſſitati, omnibus Archipresbyteris, Parochis, & quibuſcunq. eccleſiarum Rectoribus, ſub pœna priuationis eccleſiarum mandamus, vt poſthac tot capellanos in ſubſidium ſuum habeant, quot ipſa rei neceſſitas, iuxta eccleſiarum & beneficiorum onera, necnon populi multitudinem efflagitabit: qui vero prouentuum tenuitate impedientur, quo minus id efficere queant, nos quampri-

Curã siarum habentes numeroſã ſacerdotes ſibi adiungant, q eis auxilio eſſe poſſint

mum eius rei admoneant. Similiter ordinamus Archipresbyteris, Parochis, & Rectoribus prædictis, vt Capellanis huiuſmodi de honeſta ſuſtentatione iuxta locorum ac prouentuum qualitatem prouideant.

Et quia compertum etiam habemus, aliquos non ſolum Archipresbyteros, Parochos, & Eccleſiarum Rectores, ſed alios quoq. beneficiatos plura habere beneficia, quorum aliquibus annexa eſt anniuerſariorum, & aliis certarum miſſarum obligatio, cui tamen debite non ſatisfit; mandamus prædictis ſub pœna priuationis beneficiorum, vt huiuſmodi obligationi exacte ſatisfaciant, iuxta fundationis & alia onera impoſita. Cap. 13

Beneficiati exacte onera ſuorum beneficiorũ iuxta fundationes ſatiſfaciant.

Quia comperimus pleraſque eſſe Eccleſias honeſtis prouentibus dotatas, quibus tamẽ earum beneficiati de neceſſariis fabricis non prouident, ita vt paulatim ruinoſæ fiant; mandamus dictis beneficiatis, vt eas quam primum reſarciri, & iuxta neceſſitatis exigentiam fabricari curent. Quòd ſi intra medium annum id facere prætermiſerint, tamdiu prouentibus & fructibus omnibus careant, donec huiuſmodi neceſſitati, & exigentiæ, cui fructus ipſos & prouentus applicamus, integre ſatisfactum fuerit. Cap. 14

Eccleſias reſarciri & iuxta neceſſitates fabricari curent beneficiati.

Inuenimus etiam non paucos abſque vllo beneficio ſub patrimonij duntaxat titulo ad presbyteratus ordinem fuiſſe promotos, quorum aliqui cum ex patrimonio huiuſmodi non habeant ſufficientem ſuſtentationem, coguntur ſibi ex miſſarum celebratione de reliquo prouidere, & cum ex pietatis Chriſtianæ decremento eleemoſynæ miſſarum imminutæ ſint, ex hoc etiam ita miſere viuunt, vt aliquando munera quædam dignitati Sacerdotali minus conuenientia facere compellantur. Quare ordinamus & mandamus quibuſcunq. Eccleſiarum Rectoribus, & aliis beneficiatis, vt Sacerdoti pro ſe celebranti, qui aliunde ſufficientem non habeat ſuſtentationem, vt præmiſſum eſt, in ſingulas vices medium carolenum eroget, relinquentes tamen Venerab. Capitulum Cap. 15

Pro ſingulis miſſis celebrãdis ſaltem erogetur medicis carolenus & eleemoſyna.

Cathedralis Eccleſiæ noſtræ, quoad hoc, in ſua veteri conſuetudine. Ad idem etiam hortamur laicos omnes, quando pro ſuorum animabus, aut ex deuotione facient miſſas celebrari.

Cap. 16 Mandamus etiam omnibus Parochis & aliis Sacerdotibus ſæcularibus noſtræ diœceſis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne quis infirmorum, qui ſub alterius ſint cura, confeſſiones audiat, niſi de propriorum Parochorum licentia, & cũ audiet, ſub eadem pœna, ne moleſtet, vel quomodocunque tentet infirmum in confeſſione, vel extra, vt ipſi vel Eccleſiæ ipſius, aut alij perſonæ, vel loco aliquid leget: & ſi ipſe fuerit in hoc ab infirmo requiſitus, nihil tamen faciat abſq. ſcitu & cõmunicatione proprij Parochi, ſique in mora fuerit periculum, ita vt non poſſit cum Parocho ipſo rem conferre, neq. ſic ſe ingerat, ſed ſinat infirmum diſponere, prout Dominus Deus dederit.

> Cõfeſſiones infirmorum qui ſunt, ſub alterius cura nullus Sacerdos audiat niſi de volũtate proprij parochi.

> Confeſſarius nec in cõfeſſione nec extra tentet infirmum vt ſibi vel Eccleſiæ ſuæ aliquid leget.

Cap. 17 Sub pœna excommunicationis nemo confeſſiones laicorum præſertim mulierum extra Eccleſiam audiat, niſi in infirmitate eſſent conſtituti, ita vt ad Eccleſiam accedere non poſſent.

> Confeſſiones laicorum pręſertim mulierum in Eccleſiis fiant niſi infirmitate ita detenti vt ad Eccleſiam accedere nõ valeant.

Cap. 18 Seſſ. 23 c. 15. reform. Quamuis (inquit ſacroſancta Synodus Tridentina) presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluẽdi poteſtatẽ accipiãt: decernit tñ S. Synodus nullũ etiã regularem poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotũ audire, nec ad id idoneũ reputari niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſariũ, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationẽ, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, cõſuetudine quacunque etiam immemorabili, non obſtantibus.

> Nullus etiam regularis confeſſiones ſęcularium etiam ſacerdotum audiat niſi ab Epiſcopo exponatur.

Cap. 19 Ordinamus etiam omnibus Parochis, vt quiſq. præter quatuor libros, baptizatorum, confirmatorum, matrimonium contrahentium, & morientium, habeat etiã quintum, in quo nomina vtriuſq. ſexus parochianorum communicantium, hoc eſt, debitam ætatem ad communionem habentium notentur.

> Parochi libros habeant baptizatorum confirmatorũ matrimoniũ cõtrahentiũ, morientium, & nominium vtriuſq. ſexus parochianorum communicantium.

DISTINCTIO PAROCHIALIUM Eccleſiarum Argentij per territoria.

COSTITVTIO NONA.

Quia in viſitatione reperimus oppidum Argentij habere diuerſos pagos inter ſe multum diſtantes, atq. in iis ferme omnibus parochiales exiſtere eccleſias, quarum rectores habēt parochianos ſuos non in eodem territorio collectos, ſed per varia loca & aliarum parochiarum territoria diſperſos, quòd hactenus parochialis cura non ad certa loca, ſed tantum ad perſonas, vbicunque domicilium haberent, extendebatur: qua ex re magna non ſolum oriebatur in præſtando officio confuſio, ſed multa quoque animarum diſcrimina emergebant, cum parochi ſibi ſubditis propter nimiam diſtātiam commode de ſacramentis cum opus eſſet, prouidere, & in ſpirituali neceſſitate conſtitutis in tempore ſubuenire quam ſæpe non poſſent, vt quotidiana experientia ſatis ſuperq. docuit: hinc eſt, quòd nos, quibus gregis nobis commiſſi ſalus chara, & recta rerum gerendarum ratio cordi eſt, incommoda & ſalutis pericula huiuſmodi ex noſtra diœceſi, quantum poſſumus, remouere cupiētes, præſertim cum etiam vniuerſitas ipſa propriæ ſalutis ſolicita id à nobis petierit, de parochorum ipſorum aliorumq. peritorum ſano conſilio & matura deliberatione in publica congregatione dictas parochiales eccleſias ad certa territoria, eaq. vnita, vt vbique ferme Chriſtiani orbis fieri ſolitum eſt, quo meliore potuimus modo reduximus, atq. in poſterum faciliorem, commodioremq. tam parochi, quàm parœciani ſpiritualium rerum habeant adminiſtrationem, debite ordinauimus, vt ſequitur, lingua vernacula ad maiorem expreſſionem. Cap. 1.

Parochi terræ Argentij pp nimiā parochianorum ſuorū diſtantiā, & confuſionē, eis ā ſacramentis ſubuenire ſæpe negligebant, propterea eorum parochiæ per territoria ſunt diuiſæ.

L'Arci-

Cap. 1. L'Arcipretato, che è la chieſa di ſanto Andrea, hà tutta la terra murata, & di fuori la porta di ſopra continuando per tutto capo di Conca, & li perilli includendo ancora il Caſale di Roſciano. Deſcriptio territorij Archipresbyteratus eiuſdẽ terræ Argentii.

La parochia di ſanto Nicola, ch'è dentro della terra, hà tutto il Caſale di S. Maria à Vico, tirãdo dalla ſtretta di Cola Valletta, per la ſtrettola di ſanta M. ad alto verſo la montagna, tirando per tutto il Fogliarino, & lo Moyro, con tutto il territorio de lo Stayno, inſino alla Capella delli affiniti vicino la poſſeſſione, ſeu maſſaria del Migliareſe. Et perche al preſente ſi ritrouano dui Correttori in ſudetta chieſa di S. Nicola, s'è ordinato, che per ſettimana ciaſchedũ di loro habbia da miniſtrare li ſantiſſimi Sacramẽti alli loro figliani, & l'altro habbia da celebrar nella iſteſſa chieſa di S. Nicola, & le feſte ambidoi, & l'entrate habbiano da eſſer diuiſe equalmente fra loro dui. Deſcriptio territorij parochiæ S. Nicolai.

La parochia di S. Agnete, commincia dal forno del Sig. Duca di Madaloni, Marcheſe della prædetta terra di Arienzo auanti eſſa terra tirando dal Vallone, inſino alla cementara delli affiniti con tutto piedi Arienzo. Deſcriptio territorij parochiæ S. Agnetis.

La parochia di S. Felice commincia dalla caſa d'Antonio di Nardello, tirando al Vallone, dal quale tira al Triuigio di Giouanni Marcheſe, con tutto canciello, & maſſarie, & tira inſino alla caſa di Odorico Puoto, verſo lo Vallone. Deſcriptio territorij parochiæ S. Felicis.

La parochia di S. Leonardo commincia dalla ſtrettola di Nocentio Campagnolo, tirando alla ſtrettola di Ceſar Capobianco, inſino allo muro della Caua. Deſcriptio territorij parochiæ S. Leonardi.

La parochia di S. Stefano commincia dalla ſtrada del muro delle Caue, & tira verſo lò Vallone, & dallo Vallone tira alla montagna, & tira inſino allo Triuigio della falda. Deſcriptio territorij parochiæ S. Stefani.

La parochia di S. Pietro à Talanico, hà tutto il detto Caſale di Talanico. Et perche detta parochia è poueriſſima, ſeli vniſce in vigore del ſacro concilio Triden- Deſcriptio territorij parochiæ S. Petri à Talanico.

tino

tino ſeſſ. 21. cap. 5. refor. doi beneficioli ſimplici, quali hora poſſiede il Reuerendo D. Iacomo Gieronimo Mancino Primicerio d'Arienzo, ſenza però preiudicio ſuo mentre viue, de quali beneficioli vno conſiſte in vna terra, doue ſe dice à cugnano nel territorio d'Ariẽzo di moya due in circa iuxta li beni di Paulo Antonio d'Alonſo, & li Beni di Giouan'Angelo Porrino, & la via publica, & li beni di Carluccio del Checaro, & vn'altra terra da circa vno moyo e mezo, ſita nel territorio predetto d'Arienzo, doue ſe dice Maraniello, iuxta li beni di Vicenzo Gioffo, & di Cola Vennardo, & di Angelillo Vendarlo, & la via publica, & altri confini.

Ad quos ſpectet ſepultura aduentantium & peregrinorum.

S'è anco ordinato che tutti li foraſtieri che verranno ad habitare in Arienzo, & ſuo diſtretto, ſiano figliani di quella parochia, nel cui territorio harãno l'habitatione loro, conforme alla diuiſione fatta di ſopra; così ancora s'intende di quelli, li quali per paſſaggio moriſſero, che ſiano ſottopoſti alla parochia, nel cui diſtretto ſaranno morti. Cap. 3.

DISTINCTIO PAROCHIALIUM Eccleſiarum Ayrolæ per territoria.

CONSTITVTIO DECIMA.

LIcet parochialium eccleſiarum terræ Ayrolæ noſtræ diœceſis, S. Georgij Archipresbyteralis, S. Angeli della Serpentara, S. Ioannis dello Carrico delli porteſi, S. Donati de Piazza foraſtieri, S. Angeli della porta noua, S. Laurentij del Caſale del borgo, S. Petri del Caſale de Moiano, S. Ioannis del Caſale de Buzziano, detto S. Giouanni à Paſtorano, S. Viti del Caſale di Luzzano, & S. Nicolai di detto caſale di Luzzano, aliquæ habeant propria territoria, quibus interſe diſtinguuntur: quia tamen plures aliæ nõ habent diſtinctionem territoriorũ, & in omnibus Cap. 1.

nibus idem abuſus, qui Argentij, irrepſerat non minori confuſione officij, & animarum periculo, vt vnuſquiſque ferme parochus etiam in territoriis aliarum parochiarum aliquos parœcianos haberet, id quod ex domicilij mutatione eueniebat; pro muneris noſtri paſtoralis debito decernimus & declaramus, vt omnes illi, qui in proprio territorio alicuius Eccleſiæ dictarum parochialium habitant, ſiue poſthac habitabunt eiuſdem parœciani, ſeu (vt vocant) figliani ſint ac cenſeantur, ab eiusq. eccleſiæ ſuſcipiant Rectore, in cuius territorio ſunt, ſancta Eccleſiæ ſacramenta, & alia omnia, quæ ad ius parochiale pertinebunt. Atq. vt huiuſmodi parochiarum per territoria diſtinctio in opus debite redigeretur; commiſimus & ordinauimus Reuerendo Vicario noſtro generali D. Ioan. Bap. Taxinaurio vt primo quoque tempore Ayrolam ſe conferret, & matura cum Reuerendo Archipresbytero, aliisq. parochis deliberatione habita ſingulis parochis proprium & certis limitibus ac terminis diſtinctum territorium aſſignaret, prout ratio & maior locorum commoditas dediſſet, declarantes etiam, vt oppidum Ayrolæ quantum muri, ſeu mœnia circundant in territorio eccleſiæ Archipresbyteralis ſit & habeatur.

Quia in terra Ayrola idem abuſus circa ꝓuiſionem parœcianorũ repertus eſt, vt in terra Argentij, ideo ſimile remedium eſt adhibitum.

Oẽs qui in ꝓprio territorio parochialis eccleſię Ayrolæ poſthac habitabunt illius eccleſiæ parœciani cenſeantur, in cuius territorij habitant.

Parochiis propriũ ac certis limitib. diſtinctum territoriũ aſſignatur.

Cap. 2. Qui autem aliunde ad terram Ayrolæ, & eius diſtrictum habitatum venient, ſub ea parochia ſint, & cenſeantur, quoad omnia iura parochialia, in cuius territorio, iuxta præmiſſa, habitationem habebunt. Quod etiam intelligendum eſt de tranſeuntibus, ibidemque morientibus, vt ſuperius de terra Argentij dictum eſt.

Aduenientium, & peregrinorum ſepultura ad quos ſpectet.

Cap. 3. Cum autem prædictus Reuerendus Vicarius noſter generalis aſſiſtentibus Reuerendis Archipresbytero, & parochis eiuſdem terræ commiſſionem ſuam diligenter executus eſſet, attulit nobis diuiſionem prædictarum parochiarum factam cum certa diſtinctione territoriorum, & lingua vernacula expreſſam ad meliorem omnium intelligentiam, vt iam ſequitur.

Certa diſtinctio territoriorũ eccleſiarũ parochialiũ terræ Ayrolę.

La

Deſcriptio territorij eccleſiæ Archipresbyteralis S. Georgij eiuſdē terræ Ayrolæ.

La parochia di S. Georgio chieſa Archipresbyterale, commincia dalla terra incluſiue tutta, nella quale ſono ancora il Caſtello & Monaſterij di S.Gabriele dell'ordine di Mont'olíueto, & li dui dell' ordine di Monte Vergine,& deſcende fin'al muro della parochia di S.Angiolo della porta noua, & circuiſce tutto il monticello intorno alla ſudetta terra, & dall'altra banda dalla ſtrada che và alla caſa del Sig.Tullio di Luca excluſiue,incominciando dall'hoſpitale dell' Annunciata, girando per tutti li gaudiſi fin'alla caſa di Pirro Maiello,& Marc'Antonio Gaudino incluſiue, & inſino alla via noua,& dall'altra banda inſino alla caſa del Sig.Carlo Saſſo excluſiue. Item la caſa del Sig. Aſcanio Viuolo, di Gio. Antonio Pirozzo d'Angelillo Citro, Battiſta Citro, & Antonio Perone, le quali per inanti erano della parochia di S.Angiolo della Serpentara.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Angeli della Serpentara.

La parochia di S.Angiolo della Serpentara commincia dalle caſe dell'Albarella,aliàs di Mecca,& tira per la ſtrada di ſopra inſino alla detta chieſa di S. Angelo, & da detta ſtrada in sù reſta all' Archipresbyterato ſudetto, & da detta Chieſa di S. Angiolo tira inſino alla caſa di Dominico Schettino,& dalla caſa di detto Dominico Schettino inſino allo Triec, & dal Triec inſino alla caſa d'Anibale di Maſi, cioè da vna banda, che dall'altra bāda da baſſo verſo S. Georgio è della detta chieſa di S. Georgio, & dallo Triec inſino alla caſa d'Aſcanio Viuolo,excludendone pero le infraſcritte caſe,videlicet,la caſa di detto Aſcanio Viuolo,la caſa di Gio.Antonio Perozzo, la caſa d'Angelillo Citro,& di Battiſta Citro, & quella d'Antonio Perone, che reſtano all'Archipresbyterato.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Ioānis dello Carrico.

La parochia di S. Giouanni dello Carrico comincia dalla caſa di Marino di Cieri incluſiue verſo li Portiſi & Caſale, & tira per la pedementina di Tairano verſo Arpaio,& ſcende per la ſtrada delli Coluni, & viene fin' alla Corte di Marc'Antonio excluſiue, & là finiſce.

La pa-

Deſcriptio territorij parochiæ S. Donati di piazza foraſtiero.

La parochia di S. Donato di piazza foraſtiero comincia dallo cantone di Leonardo di Santaro excluſiue d'vna banda della ſtrada, & dal altra banda della medeſima ſtrada, comincia dalla caſa di Gio: Bernardino Ruggiero excluſiue, & tira per la ſtrada ad alto, & volta à S. Donato predetto, & da S. Donato inſino alla caſa di Carlo Saſſo incluſiue, & da detta caſa inſino alla caſa di Fabritio di Santaro excluſiue, di Diomede Laudanda, & di Carl'Antonio Sarappa incluſiue, & dalla caſa della Signora Giulia Saſſo inſino alla caſa di Sabbatino di Mauro incluſiue, & da S. Donato verſo lo monte inſino à S. Maria della Neue.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Angeli della porta nuoua.

La parochia di S. Angelo della porta nuoua commincia dalla caſa del ſignor Tullio di Luca, & tira fin alla detta chieſa, con la caſa che fù del q: M. Iacomo di Nardiello, tira deritto la bagnara tutta, & lo monticello, & dal monticello volta dalla banda della porta piccola del l'Annuntiata, & tutte le caſe che ſi edificharanno per l'auuenire dal fiume di Sorripa in quà s'intendano figliani della detta parochia, & anchora la ſtrada che ſcende al ponte di S. Stefano da la caſa di D. Antonio Boie ſarà di detta parocchia.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Laurentij.

La Parochia di S. Lorenzo commincia dalla caſa di madama Giulia di la Celenzza, & tira verſo il borgo, con tutto il circuito di detto borgo fin alla caſa che fù del q: Andrea Ventre, doue ſe dici à cirignano, & finiſce alla caſa delli ſignori di Luca, doue al preſente habita Alleſſandro Mele incluſiue, & tira per la ſtrada di S. Lorenzo verſo la palata, inſino al ponte.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Petri de Moiano.

La parochia di S. Pietro di Moiano, ha tutto il caſale di Moiano ſudetto.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Ioannis à Paſtorano.

La parochia di S. Giouanni à Paſtorano, ha tutto il caſale di Buzziano & Paſtorano, cioè di la dal fiume includendoci anco ponte Sennuni.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Nicolai de Luzzano.

La parocchia di S. Nicola di Luzzano comincia dalla caſa di Cola Giodece excluſiue, & dalla ſtrada della

N terra

terra della Maddalena tirando al dritto di detta ſtrada per la montagna da man deſtra, & da man manca, & quanto reſta d'alto verſo la chieſa è tutto di detta parochia di S. Nicola.

Deſcriptio territorij parochię S. Viti eiuſdem caſalis Luzzani.

L'altra parochia ch'è di S. Vito di detto caſale Luzzano ſucceſſiuamente comincia dalla ſudetta caſa di Cola Giodice incluſiue, & da detta ſtrada della Chieſa della Maddalena tirãdo per detta ſtrada come è detto di ſopra & quanto reſta da baſſo verſo la detta chieſa di S. Vito è tutto della detta parochia.

MANDATUM RESIDENTIAE pro parochiis dictarum duarum terrarum.

CONSTITVTIO VNDECIMA.

SAcrum Concilium Tridentinum decreuit, vt ad regimen parochialis Eccleſiæ aſſumptus, quatenus gregis ſibi crediti diligentius curam quærere poſſit, in parochiali Eccleſia, cuius Rector extiterit, reſidere perſonaliter teneatur; diſtricte mandamus omnibus parochis prædictarum terrarum Argentij & Ayrolæ ſub pœna priuationis curæ parochialis, vt quiſque in ſuæ parochialis Eccleſiæ territorio prout in præmiſſis diſpoſitum eſt, reſideat. Similiter ſub eadem pœna iniungimus, vt ea omnia, quæ à nobis circa parochiarum huiuſmodi diuiſionem, & conſtitutionem tradita ac præſcripta ſunt, executioni debite demandentur, & perpetuis temporibus obſeruentur.

Cap. vnicum. ſeſſ. 7. c. 3. S. 3. refor. i fin.

QVAEDAM MANDATA PRO ecclesia & hoſpitali Annunciationis B. Virginis Mariæ terræ Ayrolæ.

CONSTITVTIO XII.

Cap. 1. MAgiſtris & officialibus Annunciationis B. Virginis Mariæ terræ Ayrolæ mandamus; vt in priſtinum locum reſtituant laudabilem & antiquam conſuetudinem, quæ ex quodam pietatis & diuini zeli decremento intermiſſa eſt, horas canonicas quotidie in templo dicendi, congrua ad hoc ſacellanis, quibus id onus incumbet aſſignata prouiſione. Singulis autem diebus in aurora celebretur ſacrum, reliqua vero non ſimul, ſed ſucceſſiue vnum poſt aliud horis congruis, iuxta primarij ſacellani diſpoſitionem; qui ita horarũ ſacris dicendis diſtributionem inſtituet, vt accedentibus audiendæ miſſæ commoditas diuerſo tempore præſtetur. Atque vt ſacellanis laborum & onerum æqualiter participes ſint, per ordinem fiant hebdomadales mutationes, quorum cura ad primarium ſacellanum etiam ſpectet.

> Magĩi Annunciationis B. Mariæ Virginis terræ Ayrolæ in priſtinũ reſtituant conſuetudinem dicẽdi horas canonicas in templo.

Cap. 2. Licet in edicto noſtro generali ordinauerimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt præfecti ſeu magiſtri, & alij officiales confraternitatum, & quorumcunque piorum locorum quotannis mutentur, iuſtis tamen de cauſis animum noſtrũ mouentibus per hoc ſpeciale decretum concedimus eccleſiæ & hoſpitali Annunciationis B. Virginis Mariæ prædictæ terræ Ayrolæ, vt magiſter primarius, nimirum is, qui prouentus neq. colligit, neque exponit, ſed tantum rerum ſuperintendentiam gerit, per integrum triennium in officio ſuo relinqui poſſit, quo elapſo, ſubiaceat eidẽ pœnæ excom-

> Licet ſtatutũ ſit generaliter, vt magiſtri confraternitatum quotannis mutentur, nihilominus ex ſpeciali gratia conceſſum eſt magiſtro primario Annunciationis terræ Ayrolæ, vt per triennium in officio relinqui poſſit.

municationis latæ ſententiæ, quo alij, ſi officio non ceſſerit.

REINTEGRATIO TRIUM Eccleſiarum parochialium terræ Ayrolæ quoad Rectorias & Capellanias.

CONSTITVTIO XIII.

Reintegratio rectoriarum cum capellaniis, eccleſiarũ parochialium S. Petri de Moiano, S. Angeli de Serpentara, & S. Angeli de porta noua, vt antea fuerunt abſq. præiudicio tamen poſſidentium.

Cap. vnicum

QVia in prædicta viſitatione etiam reperimus parochiales eccleſias S. Petri de Moyano, S. Angeli de Serpentara, & S. Angeli de porta noua eiuſdẽ terræ Ayrolæ non mediocri detrimento affectas, eo quòd cura parochialis iam inde ab aliquot annis fuerit in eis diſtracta, & diuerſis perſonis conceſſa ſub nominibus Rectoriæ & Capellaniæ: cum enim capellano ſacramentorum adminiſtratio, rectori vero fabricæ conſeruatio commiſſa eſſet, diſtributis inter illos prouentibus; id tamen in damnum eccleſiarum & animarum ſubditorum paulatim ceſſit, propter abſentiam rectorum, & inopiam capellanorum, qui ob tenuitatem prouentuũ, non poſſunt ſibi & officio debite prouidere. Quare volentes pro noſtri officij debito prædictis eccleſiis parochialibus opportune prouidere, hac noſtra conſtitutione, iuxta ſacri concilij Tridentini decretum ſeſſ. 21. cap. 5. reform. etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, de conſilio & aſſenſu Reuerendi Capituli Eccleſiæ cathedralis, & rectorum omnium eccleſiarum totius diœceſis in hac noſtra Synodo diœceſana congregatorum eas in antiquum ſtatum, vt prius erant, reſtituimus, & earũ rectorias capellaniis, ſimiliterque capellanias rectoriis vnimus, atque incorporamus ſine præiudicio tamen iam poſſidentiũ, quamdiu in huiuſmodi poſſeſſione fuerint: neque enim prius vnionem & incorporationem hanc effectum ſortiri debere intelligimus, quàm caſus mortis iam poſſidentium, aut reſigna-

gnationis,aut qualiſcunque alterius vacationis in quacunque dictarum eccleſiarū ſpeciatim contigerit,quam ſane vnionem & incorporationem rectoriæ & capellaniæ huiuſmodi in quacunq. dictarum eccleſiarum, non ſolum quoad prouentus & emolumenta,ſed etiam quoad iura & onera tam fabricæ,quàm alia omnia facimus, & factam intelligi volumus, ita vt is, qui pro tempore in earum qualibet ſic ſuccedet, ſiue capellanus rectori, vel ecōuerſo rector capellano ſit & nominetur parochus, qui proinde iiſdem legibus teneatur,quibus omnes parochi iuxta prædicta decreta conc. Trid. obligantur.

ENUMERATIO INCOMMODORUM quæ in parochiis terræ Durazzani ex diſtantia & confuſione parochianorum contingunt.

CONSTITVTIO XIIII.

Cap. vnicum.

IN viſitatione terræ Durazzani duas tantum eccleſias parochiales inuenimus, vnam quæ etiam eſt Archipresbyteralis S.Mariæ in Pago, il Caſal grande nuncupato, & alteram S. Erami in oppido ipſo prope Arcem ſito, quibuſcum præter iam dicta loca plures aliæ villæ & habitationes variæ diſperſæ ac ſatis remotæ ſubſint, nec parœcianis tempore neceſſitatis commode de ſacramentis Eccleſiæ & aliis ſpiritualibus remediis prouideri poſſit,non eam ob cauſam ſolum, quod cura parochiarum dictarū non ad loca vnita, ſed ad perſonas confuſe poſitas extenſa eſt, verum etiam nonnulla loca tantum à parochiis diſtant, vt ſæpe æſtiuo quidem tempore ob graues calores,hyemali vero propter niues,pluuias,ac viarum aſperitatem in tempore ſubueniri non poſſint; quo fit vt plerique circa ſalutem animæ non leue diſpendium patiantur : Nos ad tollenda impedimenta huiuſmodi ex curæ

noſtræ

noſtræ paſtoralis, quam gerimus, officio, de neceſſario & opportuno auxilio prouidendum duximus, prout ſequenti conſtitutione noſtra prouidemus, in primis nouam erigendo parochialem eccleſiam pro duabus villis Ceruino & Forchia, vbi maxime id propter incolarum multiplicem neceſſitatem exigebatur, quatenus poſthac omnium rerum ad ſalutem animæ pertinētium maiorem habeant commoditatem, deinde parochiis ſupra dictis ſanctæ Mariæ, & ſancti Erami certa territoria, iuxta propinquitatem & commoditatē locorum, aſſignando, vt deinceps ſuos ſubditos vnitos & collectos habeant, officiumq. maturius & facilius præſtare poſſint.

INSTITVTIO NOVAE PAROCHIAE in pagis Ceruini & Forchiæ dictæ terræ Durazzani.

CONSTITVTIO XV.

Cum ſacroſancta Synodus Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. in fine primi §. decreuerit, vt Epiſcopi etiam Apoſtolicæ Sedis delegati in iis eccleſiis parochialibus, vel bapiiſmalibus, in quibus ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem, parochiani ſine magno incōmodo ad percipienda ſacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt: nouas parochias, etiam inuitis rectoribus, iuxta formam conſtitutionis Alexandri tertij, quæ incipit, Ad audientiam, conſtituere poſſint, & in viſitatione terræ Durazzani repererimus Archipresbyteralem eccleſiam S. Mariæ dictam, del Caſale grande, habere ſub ſe duas villas, Ceruinum & Forchiam, in quibus etiam parochialis S. Erami habet quoſdam paucos parœcianos adeo remotas, vt illarum incolæ circa Sacramentorum prouiſionem, & diuinorum officiorum acceſſum magnas difficultates patiantur, tum propter diſtantiam pluſquam Cap. vnicum.

vnius

vnius milliaris cum dimidio, tum maxime ob longi & lubrici itineris moleſtiam præſertim hyemali tempore, quo fit, vt plerique de neceſſariis Eccleſiæ ſacramentis non prouiſi è vita decedant, & multa alia incommoda contingant: Volentes huiuſmodi animarum pericula & viatorum diſcrimina remouere, necnon incolarum huiuſmodi neceſſitatibus & incommodis debite prouidere, eccleſiam ſanctæ Mariæ de gratia in villa Ceruino ſitam in parochialem eccleſiam dictarum villarum Cerui ni & Forchiæ auctoritate qua fungimur erigimus, conſtituimus, deputamus, & ordinamus, ipſas villas Ceruinum & Forchiam cum ſuis hominibus incolis à prædictis Archiptesbyterali S.Mariæ del Caſale grande, & parochiali ſancti Erami ſeparantes, diuidentes, & dimembrantes, eiq. nouæ parochiæ ad maiorem & honeſtiorem parochi ſuſtētationem beneficium ſimplex ibidem conſtitutum perpetuo vnimus, & incorporamus, citra præiudicium tamen D. Hortenſij Raietani canonici noſtri Agathenſis dicti beneficij poſſeſſoris quouſque per mortem vel reſignationem, aut quomodocunque aliter vacauerit, iuxta c. 5.refor.ſeſſ. 21.conc.Trid.vbi ſic habetur: Vt etiam eccleſiarum ſtatus vbi ſacra Deo officia miniſtrantur ex dignitate conſeruetur, poſſint Epiſcopi etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, iuxta formam iuris, ſine tamen præiudicio obtinentium facere vniones perpetuas quarumcunq. eccleſiarum parochialium & baptiſmalium & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter earum paupertatē, & in ceteris caſibus à iure permiſſis, etiam ſi dictæ eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpeciali ter reſeruata, aut qualitercunque affecta. Quæ vniones etiam non poſſint reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuiuſcunque prouiſionis etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis. Interim tamen teneatur dictus D. Hortenſius Raietanus poſſeſſor quamdiu in poſſeſſione dicti beneficij fuerit nouo parocho

cho propter obligationem miſſarum hebdomadalium, quam habet, annuatim contribuere decem ducatos mo netæ currentis, cum translatione oneris huiuſmodi in ipſum parochum, cui etiam Archipresbyter Durazzani pro tempore parochus ſanctæ Mariæ del Caſale gran de præter decimarum & alia emolumenta omnia ex dictis villis Ceruino & Forchia percipi ſolita, quæ parocho nouo pro tempore exiſtenti, in perpetuum aſſignamus, de ſuis prouentibus in ſupplementum debitæ ſuſtentationis contribuat, quantum nos iudicabimus fore neceſſarium, hortantes etiam populum vtriuſque villæ, vt extraordinarie quiſque pro ſua facultate aliqua ope ſuccurrat, & incolæ Ceruini, qui ſunt ditiores, ad minus eleemoſynam duodecim ducatorum erogent, quam hactenus contribuere ſoliti ſunt ſacerdoti ad miſſam diebus feſtis apud eos celebrãdam conducto, donec ipſe parochus nouus Ceruini & Forchiæ ad integram dicti beneficij ſimplicis poſſeſſionem, ac perceptionem venerit.

Ad id autem faciendum nos non tam ipſa rei neceſſitas, quàm ſacri etiam concilij Tridentini auctoritas induxit, cuius verba ſeſſ.21. cap.4.refor.§.3.hæc ſunt: Illis autem ſacerdotibus, qui de nouo erunt eccleſiis no uiter erectis præficiendi competens aſſignetur portio ar bitrio Epiſcopi ex fructibus ad Eccleſiam matricẽ quomodocumque pertinentibus: & ſi neceſſe fuerit, compellere poſſit populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam dictorum ſacerdotum ſuſtentandam: quacunque reſeruatione generali vel ſpeciali vel affectione ſuper dictis eccleſiis, non obſtantibus: neque huiuſmodi ordinationes & erectiones poſſint tolli nec impediri, ex quibuſcunque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

Vbi autem parocho dictum beneficium, vt ſupra, obtigerit, volumus etiam vt ipſe poſtea teneatur in villa

Forchiæ

Porchiæ pro maiori commoditate populi illius villæ capellanum alere, qui ibidem ordinarie reſideat, & in capella iam erecta ſanctæ Mariæ gratiarum dicata, incolis de miſſa & aliis neceſſitatibus prouideat, cui propterea vltra prouentus iuriſpatronatus ibidem exiſtentis, & eleemoſynam communitatis etiam ipſe congruam portionem addat & aſſignet pro eius ſuſtentatione. Quoniam vero relatum nobis eſt, ante annos complures cuiuſdam pij hominis eiuſdem villæ Ceruini teſtamento quendam agrum legatum eſſe pro miſſa ibidem celebranda, quem tamen hactenus hæredes eius vſurparũt, mandamus vt de teſtamento prædicto diligenter inquiratur, & dictus ager re ita comperta parochiæ nouæ huiuſmodi applicetur, cum prouentibus ac pertinentiis omnibus, imo etiam omnes fructus hactenus decurſi, & ab hæredibus prædictis vſurpati recuperentur ad domum in vſum parochi erigendam.

DIVISIO TERRITORII DVARVM parochialium eccleſiarum eiuſdem terræ Durazzani cum nonnullis ordinationibus.

CONSTITVTIO XVI.

Cap. 1. Diuiſio autem ſupradictarum duarũ parochialium eccleſiarum ſanctæ Mariæ & ſancti Erami terræ Durazzani eſt ſequens lingua vernacula ad maiorem omnium intelligentiam expreſſa.

La parochia di S. Maria Archipresbyterale di detta terra di Durazzano ha tutto il caſale grande chiamato Capocaſale & s'eſtende alla ſiniſtra ſin' alla B. Nunciata monaſterio di frati dell'ord. di S. Dñico, cõprendẽdo tutte quelle caſe che ſono intorno al detto monaſt. il qual luogo ſi nomina lo puzzo moſcarello, ò vero delli Vencigucira. Item alla deſtra di detto Caſal grãde s'eſtende

Deſcriptio territorij eccleſiæ Archipresbyteralis terræ Durazzani.

la parochia archipresbyterale di S. Maria capo caſale ꝑ tutte quelle maſſarie, cioè la maſſaria delli Vigliotta che confina al Spirito ſanto, & vn'altra nominata à Ciero habitata dalli famigliari di caſa Quartaroni, & vn'altra nominata delli polaſtri vicin'à S. Giorgio, & vn'altra di Filippo Razzano, doue ſi dice à Riello, & vn'altra di maſtro Iacomo Bernardo nel medeſimo luogo Riello.

Deſcriptio territorij parochiæ S. Erami eiuſdē terræ Durazzani.

La parochia di S. Eramo ha tutta la terra cinta di mura con il caſtello contiguo, & lo Caſale de ripa ch'è intorno al detto Caſtello. Item hà parimente ſotto di ſe tutte le caſe di piedi caſale, ch'è nella ſtrada publica per venir da Durazzano à S. Agata, ſotto il quale ancora ſi comprende oue ſi dice S. Angelo ſopra S. Pietro.

Transferentes ſe ex territorio vni' parochię in aliud eiuſdē parochiæ, cenſeantur ſubditi in cuius diſtricłu habitabunt. Idem ēt obſeruare volumus cum peregrinis aduenantibus.

Item ordiniamo & ſtatuimo che ogni perſona dell'vno & l'altro ſeſſo della ſudetta terra di Durazzano che mutarà habitatione transferendoſi dal territorio d'vna delle ſudette due parochie à quello dell'altra, che ſia tenuto per figliano della parochia del detto territorio, oue s'è transferito. Coſi ancora dechiaramo che tutti li foraſtieri dell'vno & l'altro ſeſſo, quali verranno ad habitare nella ſudetta terra di Durazano, ſiano figliani della parochia del territorio nel quale habitaranno, talmente ch'haueranno da reconoſcere per loro parocho il rettore di quella chieſa, e da quello haueranno da pigliare tutti li ſanti Sacramenti. coſi ancora s'intende di quelli li quali per paſſaggio moriſſero, che ſiano ſottopoſti alla parochia nel cui diſtretto ſaranno morti. Cap. 2.

Domus quę in futurũ extra deſcripta territoria ędificabuntur in iuriſdictione terræ Durazzani, ſub cuius cura eſſe debeant.

Item dechiaramo anchora, che ſe per l'auuenire ſaranno edificate altre caſe ò maſſarie fuora delli ſudetti deſcritti territorij, ma però conſiſtenti nella giuriſditione di Durazzano, che le dette caſe ò maſſarie ſiano reputate eſſere del territorio di quella parochia alla quale ſaranno piu vicine. Cap. 3.

Vltimamente s'auuiſano li reuerendi Arciprete di S. Maria capo caſale, & il parochiano di S. Eramo di Durazza- Cap. 4.

razano, & l'altro futuro di Ceruino & Forchia, ch'habbino da reſedere perſonalmente nelle loro parochie ſecondo che commandano li ſacri Canoni, maſſimamente il ſacro Concil. Trident. ſotto la pena contenuta in eſſo ſacro Concilio.

Mãdatũ Archipřsbytero & duobus parochis eiuſdem terræ durazzani de reſidẽdo ſub pœna &c.

GENERALE MANDATUM pro reſidentia parochorum totius Diœceſis.

CONSTITVTIO XVII.

Cap. vnicum.

QVia ſuperius Archipresbyteris, cæteriſq. parochis terrarũ Ayrolæ Argentij ac Durazani reſidentiam iuxta ſacri Conc. Trid. decreta ſub pœnis in eo poſitis imperauimus diſtricte, ita vt vnuſquiſq. in ſua Eccleſia reſidere teneatur, ne cæteri diœceſis noſtræ vniuerſæ Archipresbyt. & alij parochi ſe ob id exemptos à reſidentia exiſtiment, quòd non fuerint nominati, eos etiam omnes hoc ſpeciali decreto ad eandem reſidentiam & eodem modo obſtrictos eſſe declaramus.

DE QUIBUSDAM REBUS AD laicos pertinentibus.

CONSTITVTIO XVIII.

Cap. 1. NEmo vtriuſq. ſexus ſub excõicationis pœna legata ad pia loca facere volentes dehortari aut quomodocunq. aliter impedire audeat.

Excõicantur impedientes legata ad pias cauſas fieri.

Cap. 2. Similiter omnibus tam præſentibus, quàm futuris diœceſis noſtræ Notariis ſub eadem excommunicationis pœna mandamus, vt curiam noſtram admoneant, quotieſcunque teſtamentum ſcripſerint, in quo aliquid legatum ſit pro locis piis aut in pauperes erogandum.

Excommunicantur Notarij non reuelantes teſtamẽta ab ipſis ſcripta in q̃bus piis locis aliquid legatum eſt.

Cap. 3. Quoniam omnes vtriuſq. ſexus homines, qui ſaltem decimum ætatis ſuæ annum exceſſerunt, diebus Dominicis, & aliis feſtiuis à ſancta matre Eccleſia imperatis ſacrum audire ſub præcepto peccati mortalis tenentur; parochi diligentem adhibeant curam prædictis diebus, vt ſciãt, an omnes vtriuſque ſexus ſupra decimum ætatis annum exiſtentes, ſacrum audiant, & ſi qui ſecus facere reperti fuerint, nos, aut Vicarium noſtrum generalem ſingulis quatuor anni temporibus admoneant, delinquentium in hoc nomina ſcripto conſignantes, & ad curiam noſtram tranſmittentes.

Parochi curẽt. vt oẽs ſui vtriuſque ſexus parœciani decimũ annũ excedẽtes diebus feſtis de pcepto ſacrũ audiãt: & de ſfacientib. ſtatuto tpe ordinariũ admoneant.

Cap. 4. Mandamus autem omnibus mulieribus, ne ſacerdote celebrante altari appropinquent ad octo palmos: cuius rei eccleſiarum rectores diligentem adhibeant curã.

Rectores eccleſiarum curã habeãt ne mulieres ſacerdote celebrãte, altari ad 8. palmos appropinquent.

Cap. 5. Similiter iniungimus omnibus ſecularibus, ne ambulationes per eccleſiam, maximè diuinorũ officiorum temporibus faciant, iuxta Pij Quinti fel. rec. conſtitutionem, quæ incipit: Cum primum, datam Romæ ſexto Calendas Aprilis anno 1566. Pontificatus ſui primo: cuius rei eccleſiarum rectores diligentem curam habebunt.

Deambulationes in eccleſiis præſertim diuinorũ tpe prohibentur.

Cap. 6. Caueant etiam ne pauperes tempore diuinorum admittantur per eccleſiam ad petendas eleemoſynas, ſed iubeantur ſtare ad fores, & ibi petere.

Pauperes ad fores eccleſię tpe diuinorum ſtare iubeantur, ne per eccleſiam eleemoſynas petentes, piorum deuotionem impediant.

Cap. 7. Quoniam miſericordiæ Chriſtianæ opera omnibus Chriſtifidelibus ab ipſo miſericordiæ fonte Deo magnopere commendata ſunt, vt per ea diuinam ſuper peccatis noſtris miſericordiam conſequi valeamus. Ait enim veritas: Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, (Luc. 6.) &: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur: (Matt. 5.) omnis vtriuſque ſexus diœceſis noſtræ fideles in Domino hortamur, & paterne monemus, atque obſecramus, vt in huiuſmodi operibus exercendis ſeduli ac diligentes eſſe velint, quatenus in beatam patriã cæleſtis gloriæ recipiendi verba illa Chriſti audire mereantur: Venite benedicti patris mei, poſſi- (Matth. 25.)

dete

dete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui & dediſtis mihi bibere, hoſpes eram & collegiſtis me, nudus & operuiſtis me, infirmus & viſitaſtis me, in carcere eram, & veniſtis ad me: quia quæcunque miſericordiæ officia in proximum egentem conferimus, ita ſunt Deo accepta & grata, vt ſibi collata exiſtimet: quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Quia vero ſæpe contingit, vt per homines improbos ſatanæ inſtinctu huiuſmodi pia opera adulterentur, cum pleriq. ad quærendas & exigendas eleemoſynas per varia loca vagantes aſtute fingant ſe ab aliquo hoſpitali, confraternitate, monaſterio, fabrica alicuius Eccleſiæ vel alterius pij loci, aut in redemptionẽ captiuorum, vel Iudæorũ, aut gentilium ad fidem Chriſtianã conuerſorũ ſubſidium eſſe miſſos, & quidã adeo perfricatæ ſint frontis, vt alterius etiam perſonã ementiri non vereantur ita ad fallendum compoſite, vt facile infamis propoſiti ſui diabolo coadiuuante compotes fiant, & Chriſtifideles decipiant: ne is error poſthac in diœceſi noſtra accidat, ſub pœna excommunicationis omnibus vtriuſque ſexus tam laicis, quàm Eccleſiaſticis in ea conſtitutis cuiuſcunque gradus, conditionis, vel præeminentiæ exiſtant, mandamus, ne cui pro ſe vel pro aliis perſonis ſeu locis etiã quaſcunque bullas vel teſtimonia habenti eleemoſynas quærendi per ſe vel alios poteſtatem faciant, vel ipſimet pro eo quærant, aut quæri faciant, niſi prius noſtra aut Vicarij noſtri generalis approbatio & licẽtia in ſcriptis obtenta interuenerit, quæ gratis dare debet.

Quia multæ fraudes in petentes eleemoſynis ab extraneis ꝓ locis piis perpetrabantur, decretũ eſt ne hmõi hoĩes admittantur abſq. licẽtia ordinarij.

Quæ etiam non detur, niſi pro hoſpitalibus vbi actu hoſpitalitas exercetur, & quòd perſonæ petentes, colligenteſque ſint honeſtæ, & omni cum modeſtia ſine vllo dolo, & abſq. participatione eleemoſynarũ hac fungãtur pietate. Quæ nec ad ſtabula ꝓ benedictionibus ſuꝑ animalibus faciendis accedant, nec illa ſigillent, nec ſecũ ali qua ſigilla deferant, aut nomẽ quæſtorum vllo modo gerant,

Petentes eleemoſynas ꝓ piis locis q̃ ſeruare teneanẽ

rant, ſed ſimpliciter eleemoſynarũ collectores ſe nominent. Inſuper nullas publicent indulgentias, nec per ſe, aut per alios prædicare præſumant, priuilegiaq. ſua non circũferant, nec reliquias. Non minis aut imprecationibus fideles inducant ad eleemoſynã dandam, nullaq. inſtrumẽta quondã quæſtorũ inſignia, nõ chartas, nõ imagines, nõ acus, & alia his ſimilia ad excitãdas perſona ferant. Non petant tamquam debitum, aut ſolitum, neq. vlla arte, etiam prætextu dicendi orationem ſancti Antonij, aut aliam, vt extorqueant pecunias, aliave bona; ſed ſimpliciter pie & modeſte abſque campanula; nec ſuper his eleemoſynis vllam quouis nomine conuẽtionem faciant, etiam in vtilitatem hoſpitalis, pro quo eleemoſyna petitur. Et ſi qua fraus aduerſus ſupraſcripta committatur, ipſi collectores rei vere comperti ſtatim à collectione amoueantur, & publice pro modo culpæ puniantur.

Regulares, & piorum locorum rectores diœceſis eleemoſynas petere poſſunt, & quõ

Per id tamen non prohibemus quin regulares monaſteriorum mendicantium noſtræ diœceſis poſſint perſonaliter, vt hactenus conſueuerunt, ſed non per laicos, abſque noſtra, aut Vicarij noſtri generalis facultate in ſcriptis obtenta, eleemoſynas petere, præſertim in terris, vbi conſiſtunt. Similiter confraternitates & hoſpitalia quæcunque noſtræ diœceſis, ſed non alij, niſi vt ſupra, poſſint per deputatos eleemoſynas quærere in terris, in quibus exiſtunt: hac tamen conditione vt capſulis ſera clauſis colligantur, quarum claues non quæſtores ipſi, ſed alij ad id deputati retineant, mandantes ſub pœna excommunicationis tam quæſtoribus, quàm claues habentibus, ne capſulas ad depromendam pecuniam aperiant, niſi in præſentia magiſtrorum ſeu officialium, vel aliorum per confraternitatem, aut hoſpitale huiuſmodi deputatorum, qui omnes pecuniam collectam diligenter numerare, & in regiſtrum fideliter referre teneantur, nihil ſibi vſurpantes ſub eadem pœna, ſed in locum tutum reponentes, vt exigente neceſſitate

te vſui eſſe poſſit.

Quia etiam intelligimus aliquos vtriuſque ſexus homines diœceſis noſtræ ſub nomine charitatis erga egentes, præſertim conterraneos, vel familiares quandoque eleemoſynas fidelium ſibi iniuſte vendicare, prohibemus ſimiliter ſub pœna excommunicationis omnibus vtriuſque ſexus perſonis dictæ diœceſis noſtræ, ne poſthac in hac ciuitate noſtra cathedrali ſine noſtra, aut Vicarij noſtri generalis, & alibi, Vicariorum noſtrorum foraneorum licentia & approbatione ſpeciali, huiuſmodi eleemoſynas quærere, vel ab aliis quæri facere ſub prætextu infirmitatis, vel inopiæ alicuius perſonæ indigentis, etiã ſibi conſanguinitate, vel affinitate, aut familiaritate coniunctæ audeãt. Quærentes autem, vt præmittitur, de noſtra, aut Vicarij noſtri generalis approbatione, & licentia, nemo ſub eadem pœna excommunicationis latæ ſententiæ impediat.

Nemo ſub ſpecie charitatis ꝓ infirmis aut egenis ſine licẽtia eleemoſynas quærat.

Cap. 8. Nemo qui prima tonſura non ſit initiatus ſub pœna excommunicationis geſtet habitum clericalem, præſertim biretum quadratum, cui etiam ſubiaceant geſtari facientes. Similiter nemo qui non ſit religioſus ſub eadem pœna, habitum regularẽ cuiuſcunq. ordinis ferat, aut ab aliis ferri faciat, etiam ſi votũ de huiuſmodi habitũ ad tempus geſtando interueniſſet, niſi noſtra prius requiſita licentia & in ſcriptis obtenta, exceptis tamen puerulis ſeptimum annum non excedentibus.

Biretũ quadratũ aut habitũ clericalẽ nemo geſtet niſi prima tõſura ſit initiatus abſque licentia.

Nemo q nõ ſit religioſus geſtet habitum religionis etſi votũ emiſerit exceptis puerilis ſeptimum annum nõ excedentibus.

Cap. 9. Quoniam nos & noſtri Vicarij vbique eſſe non poſſumus, & quandoque clericos enormiter delinquere animaduertimus, ne impunitate aut nimia confidentia ſeducantur, omnibus locorum diœceſis noſtræ magiſtratibus laicis concedimus, imo etiam eos in Domino requirimus, vt cum clericum aliquem enormiter delinquentem deprehenderint, eum capiant ſi in mora fugæ periculum ſit, cum iſta tamẽ moderatione, vt illum ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ nõ examinent, vel quoquo alio modo moleſtent, aut pecunia vel quouis

Hortantur magiſtratus laici, & licentia eis impartitur capiẽdi delinquentes clericos, & vinctos ſtatim tranſmittendi ad curiam Epiſcopalem.

uis alio quæſito colore & ingenio componant vel dimittant, ſed ſimulatq. comprehenſus fuerit, abſque alio vllo actu ad curiam noſtram, vel eius locorum officiales pro tempore cuſtoditum tranſmittant, niſi eſſet tempus intempeſtæ noctis, & tunc ſatis erit ſi tradatur, vbi primum dies illuxerit, interimque ſub eadem pœna nihil aliud magiſtratus ſecularis cum clerico huiuſmodi ſibi arroget, aut attentet præter ſolam cuſtodiam, ne quod ſub cuſtodiæ nomine fieri permittitur, id in pœnam conuertatur. Idem intelligatur contra eos magiſtratus, qui clericos in quocunque defectu repertos ſub timore capturæ vel denunciationis componunt, & ab eis pecuniã emungunt, ne ad noſtram curiam deportentur vel dedenuncientur. Et quia quotannis Gubernatores locorum, ſiue capitanei mutari ſolent, ordinamus Vicariis noſtris generali & foraneis, vt eis ſimulatq. officium adminiſtrare cœperint, omnium clericorum nomina ſcriptura conſignata præbeant, quatenus delinquentes, aut ſine habitu clericali, vel armati incedentes, aut noctu vagantes facilius diſcerni, & debitæ cuſtodiæ tradi poſſint: præterquam quòd etiam ita remouebitur dubitatio illa, quæ de clericis extra habitum deprehenſis frequenter moueri ſolet, an ſint clerici nec ne.

¶Vicarij ſingulis annis nõia clericorum ſcripto cõſignent laicis officialibus, vt facilius diſcerni poſſint.

Hæc ſunt quæ de præſenti iuxta perſonarum temporis, & locorum neceſſitatem, ad honorem Dei, cultus diuini incrementum, ſtatus clericalis dignitatem, & ſalutem animarum ordinanda duximus, in aliis omnibus ad conſtitutiones & decreta tam Prouincialia, quàm Synodalia nos referentes, quæ robur ſuum habere, & ab omnibus obſeruari volumus, & mandamus. Cap. 10

DE

DE CLERI IMMUNITATE *& collectis fiſcalibus.*

CONSTITVTIO XIX.

Procemium.

QVoniam hactenus ſatisfactũ eſt circa ea, quæ ad vitam & mores clericorum componendos, in meliuſque dirigendos pertinent; ſuper eſt vt etiam circa illorum immunitatem quædam pauca decernamus, ne tam ipſi, quàm Vniuerſitates cum detrimento pauperum defraudentur. Quia vero quæ hac in re traduntur per Bullam Papæ Honorij primi conſiderauimus eſſe iuſta, & rationi conſona, ea ipſa etiã à noſtro Clero tanquam digna, & commoda ſeruanda eſſe duximus, præſertim cum per Regiam cameram Summarie anno Domini 1541. die 27. menſis Septemb. iuxta tenorem prædictæ Bullæ Papæ Honorij, ita prouiſum eſt circa immunitatem perſonarum eccleſiaſticarum in hoc regno exiſtentiũ, quatenus his priuilegiis frui poſſint, quæ illis de iure cõpetũt, & vt neq. vniuerſitates defraudẽtur aut indebite aggrauentur. ſunt autem quæ ſequuntur.

Cap. 1. In primis presbyteri & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, quæ à collectis & ſolutionibus fiſcalibus volent eſſe immunes, debent vel ſacris ordinibus eſſe initiati, vel reuera clerici, clericaliter viuẽdo, in habitu ſcilicet ac tonſura incedendo, atq. in diuinis deſeruiendo, vti cautum eſt per ſacros canones, & prædictã Bullam D. Papæ Honorij: alioqui nulla illos iuuet immunitas ratione clericatus, cum de iure reputentur laici.

Clerici ſacris initiati vel in minoribus cõſtituti incedẽtes in habitu & tonſura & deſeruiẽtes Eccleſiæ immunes à collectis fiſcalib' ſiũt.

Cap. 2. Itẽ ij presbyteri, vel ſacris initiati, aliæq. perſonæ eccleſiaſticæ, quæ in habitu ac tonſura incedent, atque in diuinis deſeruient, vt ſupra ſint & habeantur liberi atq. immunes non ſolum à contributionibus ſiue collectis fiſcalibus, ſed etiam ab aliis omnibus oneribus, & impoſitioni-

Clerici ab extraordinariis & aliis oneribusq; ꝓ vniuerſitatũ comodo ſiũt, ſimiliter sũt immunes.

ſitionibus extraordinariis, quæ pro neceſſitate vniuerſitatum & commodo fiunt, de bonis tam mobilibus, quàm immobilibus, ſeu ſtabilibus, quæ in ipſorum presbyterorum & perſonarum eccleſiaſticarum manus & poteſtatem peruenerunt, ac deinceps peruenient ſucceſſione legitima, aut relicta ſint ipſorũ eccleſiis ac beneficiis, nec aliquid contribuere teneantur ratione perſonæ ſuæ.

Pro bob' & aliis animalib. ad culturã agrorũ legitimæ ſucceſſionis & beneficiorũ, et ſi emerent ſoluere nõ teneantur.

Item admittatur illis immunitas pro bobus & aliis animalibus, quibus vtentur ad culturam & opus dictorum bonorum legitimæ ſucceſſionis, vel beneficiorũ ſuorum, etiam ſi emerent huiuſmodi boues, & animalia, dummodo ad alios vſus, præterquam ad culturam dictarum terrarum legitimæ ſucceſſionis, ſeu beneficiorum nõ deſeruiant. Ita quòd ſi ad alias terras colendas mittantur, puniantur mittentes pro arbitrio Reuerendiſs. Ordinarij: necnon æſtimari debeant in publica æſtimatione, ſeu catasto, & de eis contribui collectis fiſcalibus Regiæ Curiæ, vt fieri ſolet, de animalibus hominum communitatis, ſeu vniuerſitatis eiuſdem loci, pro rata tamen qua aliis deſeruierint. Cap. 3.

Pro recollectione fructuũ & diſtractione ac pro vſu perſonæ poſſunt tenere animalia de quibus nõ cõtribuant.

Item licet vnicuiq. dictorum Sacerdotum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, pro ſuæ perſonæ, ac domus vſu tenere vnum animal, ſeu beſtiam, pro qua nihil teneatur contribuere; At quando vna non ſufficeret, iuxta qualitatem & quantitatem beneficiorum ac bonorum ſucceſſionis, pro collectione, & diſtractione fructuum illorum, poſſit abſq. dicta contributione plures beſtias, ſeu animalia habere, ad illum tamen vſum, vt ſupra. Cap. 4.

Pro animalibus emptis ad paſcendum paſcua legitime ſucceſſionis vel beneficiorum & prœfectib' etiã ſi illa venderent non contribuant.

Item ſi qui dictorum presbyterorum, & perſonarum eccleſiaſticarum haberent ex legitima ſucceſſione, ſeu ex eccleſiis ac beneficiis ſuis bona conſiſtentia in herbis ſiue paſcuis animalium, & mallent ipſi pro ſe depaſcere quàm aliis locare, in tali caſu ſint immunes, & exempti à contributione collectarum fiſcalium, & oĩum aliorum onerum communitatis, ſeu vniuerſitatis, pro animalibus quæ emerent, aut haberent ad paſcendum in dictis terris Cap. 5.

ſucceſſionis, ſeu beneficiorum, ac pro fœtibus & fructibus dictorum animalium, etiam ſi venderent.

Cap. 6. Item in illis vniuerſitatibus, ſeu communitatibus, vbi ſunt exactiones ac vectigalia obſeruetur immunitas, hoc eſt pro annona, quam dicti presbyteri ac perſonæ Eccleſiaſticæ percipient ex terris ſuis legitimæ ſucceſſionis, ſeu beneficiorum, & ex animalibus, quæ ſuſtentabunt in paſcuis dictarum terrarum, & fœtibus, ac fructibus illorum, ſint exempti ab omni contributione exactionum ac vectigalium huiuſmodi, etiam ſi venderent omnes fructus ac prouentus, aut partem eorum.

Vendẽtes omnes fructus vel partẽ eorum qui ex legitima ſucceſſione vel beneficiis peruenerunt, & animalium quæ ſuſtentabunt in paſcuis dictarũ terrarum ſeruentur immunes.

Cap. 7. Item ſint exempti quoad exactiones, & vectigalia huiuſmodi pro frugibus & iis rebus, quas pro victu ſuo ac veſtitu ement, ſi modo ex beneficiis aut bonis legitimæ ſucceſſionis eas non habeãt, vt ſe poſſint ſuſtẽtare. Quòd ſi ex prouẽtibus ſucceſſionis, ſeu beneficiorum habebũt ad ſuſtentationẽ neceſſaria, & propter quæſtũ vellẽt ſua immunia aliis vẽdere, & ex fructibus ac prouẽtibus aliorũ emere cum eadem immunitate, in tali caſu teneantur cõtribuere exactionib' & vectigalibus pro vſu ſuo, & victu, niſi prius ad ſuã ſuſtẽtationẽ vtãtur fructibus & ꝓuẽtibus beneficiorũ ſuorũ ac terrarũ legitimæ ſucceſſionis.

Pro frugib' & rebus quæ pro victu ac veſtitu ement, ſi ex beneficiis vel legitima ſuceſſione nõ habeant, ſint exempti.

Cap. 8. Item ſi presbyteri & perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ conuiuunt cum parentibus, fratribus, & cognatis laicis, contributioni exactionum, & vectigalium ſubiectis, ſub prætextu immunitatis Clericalis vellent libere emere pro vniuerſa familia parentum, fratrum, & cognatorum huiuſmodi, in tali caſu declaratur, quòd non poſſint frui dicta immunitate, niſi pro ijs rebus, quæ ad proprium ipſorum presbyterorũ ac perſonarum Eccleſiaſticarum vſum victumque, ac diaconi (hoc eſt famuli) quem haberent, opus erunt: præterquam ſi miſericorditer alerent parentes, fratres, ſeu cognatos huiuſmodi, qui aliunde ſuſtentationem nõ haberent, ſed propriis dictorum presbyterorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum ſumptibus viuerent: quo caſu debeant etiam ipſi frui immunitate

Clerici non poſſunt emere neceſſaria ꝓ vniuerſa familia, vt pro toto immunes ſint, ſed tantum pro eorum rata & famuli niſi miſericorditer totam familiam ſuſtentaſent.

exactionum, ac vectigalium huiuſmodi.

Item exceptis ſupradictis rebus & immunitatibus ſu- Cap. 9.
pra declaratis teneantur dicti presbyteri & perſonæ ec-
cleſiaſticæ in omnibus aliis contribuere vniuerſitati, vt
alij homines vniuerſitatis faciunt. Verum eſt poſtea
prouiſum, vt pro bonis emptis ac donatis debeant di-
cti presbyteri & perſonæ eccleſiaſticæ ſoluere vt bona
tenentes. Circa res tamen donatas ipſis clericis à paren-
tibus, fratribus, & aliis laicis hoc nomine, vt ad ſacros
ordines ſub titulo patrimonij promoueantur, iuxta con
cilium Tridentinum, ſi huiuſmodi donationes non ex-
cedunt virilem portionem, & factæ ſint ſine vlla fraude,
& ab ipſis clericis habentur, poſſidenturque huiuſmodi
bona donata ex eis fructus percipiendo, ſint & habean-
tur ipſi clerici immunes à dicta, & omni alia contribu-
tione, vt pro bonis legitimæ ſucceſſionis.

Pro bonis emptis & donatis clerici ſoluunt ut bona tenentes.

Item declaratur, quòd diaconi, vulgo ſilueſtres dicti, Cap. 10.
qui ſuſcepiſſent, aut ſuſciperent quatuor minores ordi-
nes, nec proſequerentur clericatũ ſuſcipiendo: reliquos
ordines maiores, nulla debeant frui immunitate niſi ip-
ſi clerici in quatuor minoribus ordinibus, ſeu prima ton
ſura conſtituti, deſeruirent in diuinis quotidie, & in ha-
bitu ac tonſura incederent: quia tunc ſtatuitur, vt ea-
dem fruantur immunitate, qua ij, qui ſacris ordinibus
ſunt initiati, fruuntur. Et quoad taxam immunitatis
bonorum, & annonæ quibus pro vſu & victu clerici &
perſonæ eccleſiaſticæ, quæ nec beneficia neque prouen-
tus legitimæ ſucceſſionis obtinent, opus habebunt, ita
taxatum & limitatum eſt, vt vnuſquiſque etiam diaco-
nus ſeu famulus, quotidie vnum tripondium carnium,
& quotannis vigintiquinque modios frumenti, triginta
tripondia caſei, tria ſextaria olei, & duo dolia vini ha-
beat.

Clerici non incedentes in habitu & tõſura, nec deſeruiẽtes eccleſiæ in minorib. cõſtituti non gaudẽt immunitate.

Clerici incedẽtes in habitu & tonſura deſeruientes eccleſiæ immunitate gaudẽt, ac ſi eſſent in ſactis.

Quid immunitatis clericis beneficia aut prouẽtus legitime ſucceſſionis non habẽtib. concedatur.

Præter dictam taxam de nouo prouiſum eſt, per di- Cap. 11.
ctam Regiam cameram, vt vnicuique presbytero cum
diacono, hoc eſt, clerico, ſeu famulo, ſingulis annis con-
cedan-

Inter alias immunitates presbytero cõceduntur annuatim 40. tripodia carniũ ſaliende.

cedantur quadraginta tripondia carnium ſalienda immunia ab omni contributione.

ADMONITIO AD MAGISTRATUS, aliosq. officiales laicos pro immunitate cleri.

Cap. vnicum. DEſcriptis igitur ac propoſitis huiuſmodi proviſionibus per Regiam cameram ſummarie factis, diſtricte præcipiendo omnibus clericis cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ mandamus, vt circa prædicta collectarum, fiſcalium, & contributionum capita diligentiſſime caueant, ne quoquomodo fraudem faciant, conſcientias eorum in hoc aggrauantes & declarantes, ne de huiuſmodi fraude & grauamine, ſi aliquo modo contrauenerint, poſſint abſolui, niſi præuia ſatisfactione reſtitutionis. Similiter admonemus omnes magiſtratus, iudices, vniuerſitates, electos, ſindicos, vectigalium exactores, laniones, & alios officiales huiuſmodi, ad quos ſpectat, iniungentes illis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne clericos noſtros contra ſupradicta eccleſiaſticæ immunitatis capita quoquomodo aggrauent ac moleſtent.

Acta in fine Synodi.

Cap. vnicũ. ATque hæc ſunt, quæ vniuerſim pro cleri ac populi noſtri reformatione ad præſentis temporis neceſſitatem & exigentiam accommodari, dirigi, & præſcribi oportuit, omnibus & ſingulis clericis noſtris cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & gradus denuo mandantes, vt ſeſe ad ea per diligentem obſeruationem conforment, & quæcunque hac ſcriptura continentur, opere compleant. Atque vt ea facilius

lius executioni demandentur, ac memoriæ hæreant, ordinamus, vt ſemel in anno tẽpore Archipresbyteris beneuiſo omnibus prælegantur, huius rei curam in cathedrali ciuitate Archidiacono & Decano, & alibi Vicariis noſtris foraneis & Archipresbyteris, qui hanc ob cauſam huius noſtri originalis copias fideliter deſcriptas apud ſe habeant, committentes: & abſentes ſine cauſa rationabili à prædictis approbanda pro ſingulis vicibus dimidium ducatum perſoluant, in pios vſus arbitrio noſtro applicandum. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus, vnà cum omnibus ibidem præſentibus. Dat. Argentij in dicto Monaſterio S. Mariæ à Vico ordinis Prædicat. Anno Domini M. D. LXXXV. die vero quinta menſis Octobris; Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri, Domini Papæ Sixti Quinti. Anno primo; Præſulatus vero noſtri, Anno tertio.

Subſcriptiones.

Frater Felicianus Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, &c.

Io. Baptiſta Taxinarius I.V.D. Vicarius generalis, &c.

Lactantius Caſnedus I.V.D. Archidiaconus S. Agathæ Gothorum.

Ego D. Marcus Antonius de Aquila Abbas S. Gabrielis Ayrolæ, &c.

Ego D. Andreas Lollus Decanus cathedralis eccleſiæ, prædicta confirmo.

Ego D. Franciſcus Florieta I.V.D. Canonicus & Primicerius Agathen. tam meo, quàm parochorum ciuitatis S. Agathæ Gothorum nomine, prædicta confirmo manu propria.

Ego D. Marcus Antonius Sebaſta Canonicus & Theſaurarius cathedralis Eccleſiæ, confirmo omnia ſupradicta.

Ego D. Berardus Maffei Archipresbyter Arpadij, confirmo

confirmo ſupradicta.

Ego Federicus de Berna Archipresbyter terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Pyrrhus Ioannes Bonellus Archipresb. Argẽtij, confirmo ſupradicta.

Abbas Bonellus Scipio Argentij, confirmat vt ſupra, citra tamen præiudicium ſuorum iurium; circa reſidentiam.

Ego D. Antonius de Valle I.V.D. Archipresb. Durazzani, confirmo vt ſupra.

Ego D. Franciſcus de Ferdinandis Archipresb. & Vicarius foraneus terræ Fraſſij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Nicolaus Areciliaņus Archip. & Vicarius foraneus caſtri Vallis, affirmo vt ſupra.

Ego D. Berardinus de magiſtro Ioanne Archipr. caſtri Ducentæ, confirmo vt ſupra.

Ego D. Matthæus Buffolinus Archipresb. Balneoli, confirmo vt ſupra.

Ego D. Decius Yaſius Orcularum Archipresb. confirmo vt ſupra.

Ego D. Antonius Carfora Archipresbyter caſtri Cancelli, & primus parochus S. Nicolai terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

D. Iulius Parillus Canonicus Agathen. & parochus aſſentitur omnibus ſupra enarratis.

D. Octauius de Gloria Canonicus cathedralis Eccleſiæ

Ego D. Alexander de Luca Primicerius Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Scipio Balſeranus parochus S. Petri Caſalis Moiani terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Ioan. Baptiſta Albarella parochus S. Angeli de la Serpentara terræ Ayrolæ, confirmo vt ſupra.

Ego D. Thomas Lombardus parochus S. Donati terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D. Marcellus Mela parochus S. Angeli noui terræ Ayrolæ, affirmo vt ſupra.

Ego D.

Ego D. Ioan. Baccarius parochus S. Ioan. à Paſtorano terræ Ayrolæ, confirmo vt ſupra.
Ego D. Gratianus de Amorello parochus S. Nicolai terræ Ayrolæ, confirmo vt ſupra.
Ego D. Iulius Baleſtrerius parochus S. Ioãnis de lo Carrico terræ Ayrolæ, confirmo vt ſupra.
Pro duabus parochiis ſancti Laurẽtij del Caſale di Burgo, & ſancti Viti del Caſale di Luzano, Monaſterio ſancti Gabrielis incorporatis Abbas ipſe ſubſcripſit.
D. Ioan. Iacobus de Affinita Vicarius foraneus terræ Argentij.
Ego D. Iacobus Hieronymus Mancinus Primicerius terræ Argentij, confirmo vt ſupra.
Ego D. Cæſar Licterius ſenior primus parochus S. Felicis terræ Argentij, interfui & me ſubſcripſi.
Ego D. Leonardus Licterius ſecundus parochus S. Felicis terræ Argentij, confirmo vt ſupra.
Ego D. Cæſar Licterius Iunior tertius parochus S. Felicis terræ Argentij, confirmo vt ſupra.
Ego D. Liuius Auellinus parochus S. Agnetis terræ Argentij, confirmo vt ſupra.
Ego D. Mathias Martius parochus S. Petri terræ Argentij, confirmo vt ſupra.
D. Bartholomæus Magnozus parochus S. Stephani terræ Argentij.
D. Thomas Feraldus parochus S. Leonardi terræ Argentij.
Ego D. Donatus Papa Vicarius foraneus, & parochus S. Erami terræ Durrazzani, confirmo vt ſupra.
Ego D. Licomus Romanus Argentinianus S. T. D. interfui & propria manu ſubſcripſi.

Teſtimonium Notarij.

DIe quinta mẽſis Octobris decimæquartæ indictionis M. D. L X X X V. in terra Argentij Agathen. diœ-

diœceſis & propriæ in Sacriſtia Vener. Eccleſiæ S. Mariæ de Vico dictæ terræ fratrum ord. Prædicatorum poſt prandium coram Illuſtri ac Reuerẽdiſs. Domino Epiſcopo Agathenſi congregatis & in vnum coadunatis Reuerendis Dominis Vicario generali, Decano, Primicerio Florieta, Theſaurario cathedralis Eccleſiæ S. Agathæ, necnon & aliis canonicis, & curatis animarum dictæ ciuitatis ac Reuerendis Archipresbyteris, Primiceriis, & curatis animarum Agathen. diœceſis, & inuocato prius Spiritu ſancto, ac factis aliis debitis orationibus, omnia & ſingula retroſcripta capitula, decreta, & ordinationes fuerunt lecta & publicata de verbo ad verbum, vt iacent, quæ iiſdem & vnicuique ipſorum placuerunt, ac dixerunt debitæ executioni eſſe demandanda, & ſe ipſos ſubſcripſerũt ſuis propriis manibus in præſentia mei Notarij, & ordinarij Actuarij Epiſcopalis curiæ Agathen. & in fidem hic me ſubſcripſi, ſignumq. meum quo vtor appoſui ſolitum & cõſuetum. Præſentibus ibidem Magnificis Matthæo & Hieronymo de Berna, & Domino Annibale de Buonãno terræ Ayrolæ teſtibus ad præmiſſa habitis, rogatis, ſpecialiterq. requiſitis.

N. Io. Antonius Canellus Or. Act.

Q SECVN-

CONSTITVTIONES SECVNDAE SYNODI

IN CATHEDRALI CIVITATE Sanctæ Agathæ Gothorum habitæ.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti; Anno à natiuitate ipſius 1587. die vero vigeſimaſeptima menſis Aprilis, Indictione xv. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno tertio.

Enarratio initij p̄ſentis Synodi ꝑ Notarium facta.

Congregatis & in vnum coadunatis Reuerendis Dominis Archidiacono, Decano, Primicerijs, Theſaurario, Canonicis cathedralis Eccleſiæ ſanctæ Agathæ, necnon Archipresbyteris, Primiceriis, & Parochis totius diœceſis, & aliis, qui de iure vel conſuetudine huiuſmodi Synodo diœceſanæ intereſſe debent, Illuſtris & Reuerendiſſimus in Chriſto pater & Dominus, Dominus Felicianus Epiſcopus noſter, in maiori altari Eccleſiæ cathedralis prædictæ ſummo mane pro prima die Synodi diœceſanæ miſſam de Spiritu ſancto celebrauit, quâ completa, idem Reuerendiſſimus Pontificalibus indutus,

dutus, ea omnia, quæ in libro Pontificali pro initio Synodi habenda ſunt, peregit, omnibusq. qui adeſſe debebant, ad Synodum vocatis, quod ſuarum erat partium proſequentibus; ac deinde Reuerendus D. Lactantius Caſnedus I. V. D. Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconus orationem latinam habuit, qua finita, & data benedictione Epiſcopali per Reuerendiſſimum, cum iam immineret hora prandij ſeſe ad hoſpitiũ quiſque ſuum recepit. Poſt prandium vero hora decimaſeptima vti Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus præfixerat, in Sacrario eccleſiæ cathedralis ad hoc deſignato & parato omnes conuenerunt, habitoq. ſermone de inchoanda Synodo placuit in primis, vt perlegerentur omnia decreta in ſuperiori Synodo Argentij, Anno M. D. LXXXV. de menſe Octob. edita, ſi quid occurreret noua emendatione, aut immutatione dignum, quod per Reuerendum D. Archidiaconum factum eſt, atque ita paucis quibuſdam correctis denuo conſiderata, examinata, & approbata ſunt omnia, cum mandato, vt ad honorem Dei, Eccleſiæ ſplendorem, conſeruationẽ cultus diuini, Cleri reformationẽ, & animarum ſalutem, inuiolabiliter obſeruentur. In cuius rei fidem ac teſtimonium ſe omnes ſubſcripſerunt, vt ad finem Synodi præſentis anni 1587. eſt videre, vbi & ego Ioan. Antonius Canellus Nŏtarius or. Act. curiæ Epiſcopalis vocatus & rogatus ex officio propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui, vti etiam hæc rogatus à Reuerendiſſ. D. Epiſcopo totaq. Synodo feci. Anno, menſe, & die ſupraſcriptis.

N. Io. Antonius Canellus or. Act.

FRATER FELICIANVS DEI ET Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum Prouinciæ Beneuentanæ,

VNIVERSO CLERO POPVLOQ. ſibi commiſſo, ſalutem in Domino ſempiternam.

LIcet ab eo tempore, quo gubernacula huius Epiſcopatus tractanda ſuſcepimus, omnes noſtras cogitationes & ſtudia eo ſemper retulerimus, vt oneri humeris noſtris impoſito pro virili noſtra parte ſatisfacere eniteremur, rebus eccleſiarum, & ſpiritualibus tam laicorum, quàm eccleſiaſticorum neceſſitatibus ſubueniendo, abuſus tollendo, exceſſus corrigendo, à recta ſemita deuiantes reducendo, ignorãtes in doctrina ſalutis edoceri curãdo, & id genus alia ad paſtoris animarum officium pertinentia, quantum diuina gratia mentem ſuggerente, vireſque ſuppeditante potuimus, præſtando: eamque ob rem præter ea quæ per noſtros officiales fieri in dies procuramus, ac cultus diuini conſeruationem, & rerum, quæ in abuſum ac prauam peccandi conſuetudinem venerant, emendationẽ & renouationem, viſitationis etiam ſalutaribus remediis, edictis publicis, cõſtitutionibus ſynodalibus, & priuatis colloquiis ac ſermonibus, iuxta illud Apoſtoli; 2.Tim. 4.
Inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina; nos ipſi prouidere gregi noſtro, & ad ſalutis portum debite dirigere, quantum in nobis

nobis erat, non prætermiſerimus: cum tamen intelligeremus, ac certum haberemus à ſuperiori Synodi Argentij ante annum ſeſquialterum habitæ tempore in hunc diem vſque multa alia per diœceſim emerſiſſe incommoda, & mala, ac pleraque adhuc emergere indies, quibus niſi mature & opportune prouideretur, timendum eſſet, ne multorum ſalus in periculum & diſcrimen veniret, prout tempus ferebat, nonnullis edictis generalibus grauiora ac magis neceſſaria ſtatim correximus, & ad canonicam viuendi normam legemq. reuocauimus. Iam vero vt perfectionem daremus, & non ſolum quæ reliqua erant, debite reformarentur, verum alia etiam omnia firmius ſtabilirentur. Synodum diœceſanam conuocauimus, in qua matura, & diligenti habita deliberatione in omnem partẽ proſpiceretur de neceſſariis & opportunis remediis, iuxta Seſſ. 6. c. 3. ref. ſacrum conc. Trid. vbi admonentur Epiſcopi, vt ad corrigendum ſubditorum exceſſus, prudenter ac diligenter intendant: quod certe fideliter ac fructuoſe, vt ſpero, præſtitum iam eſſe non dubitamus. Duo autẽ ſunt, quæ maxime in deliberationem adduximus, prius enim aliquot edicta, quæ diuerſis vicibus ex rerum ac temporis opportunitate publicaueramus: deinde etiam priſca ſtatuta diœceſana, quæ ante annos fere centum lingua vernacula & confuſe fuerant edita, ac longa temporis ſerie obſeruata: à nobis autem latine reddita, & in meliorem ordinem ac formam redacta, atque iuxta ſacri concilij Trid. leges reformata, necnon pluribus aliis de nouo pro huius temporis neceſſitate aucta ſunt, videnda, examinanda, & conſultanda propoſuimus, quæ à patribus in Synodo congregatis omnia diligenter perlecta, mature conſiderata, & paucis quibuſdã partim mutatis partim etiam additis libẽter recepta & cõmendata ſunt vt neceſſaria & ſalutaria, quæ pro animarũ ſalute ad vſum debite referantur, atq. executioni accurate demandentur. Quare in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna male-

maledictionis æternæ ea ab omnibus & ſingulis diœceſis noſtræ perſonis, tam eccleſiaſticis, quàm laicis cuiuſcunque ſexus, ordinis, gradus, conditionis, & præeminentiæ obſeruari, cuſtodiri & ad effectum adduci præſentium tenore diſtricte præcipiendo mandamus, ad honorem Dei, & ſalutem animarum, quarum gratia labor is ſuſceptus, & perfectus eſt.

EDICTA PER REVERENDISS. Dominum Epiſcopum diuerſis temporibus publicata, & de nouo in hac Synodo Agathenſi Anno M.D.LXXXVII. de menſe Aprili habita, diligenter reuiſa, approbata, atque denuo diuulgata.

EDICTUM DE SANCTIFICATIONE Dierum Feſtorum.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis nobis in Chriſto dilectis eccleſiæ noſtræ cathedralis Archidiacono, decano, primiceriis, theſaurario & cæteris canonicis, nec non Archipresbyteris, Vicariis foraneis, parochis, cæteriſq. curam animarũ habentibus,& vniuerſo clero ac populo ciuitatis ac diœceſis noſtræ, ſalutẽ in Domino ſempiternam.

Et ſi ſacris Canonibus, & conciliorum generalium ac ſummorum Pontificum conſtitutionibus, necnon prouincialibus & diœceſanis decretis, qui dies feſti, & qua ratione à populo Chriſtiano ſint agendi bene cautum eſt, cum dierum feſtorum obſeruatio ad Dei cultũ maxime pertineat, & in lege diuina præcipiatur: quia tamen Archipresbyterorum ac parochorum culpa per hanc noſtram Diœceſim fieri non ſine animi dolore intelligimus, vt dierum feſtorum obſeruatio negligatur, volentes officio noſtro ſatisfacere,& opportune prouidere,quatenus poſthac dierum feſtorum ratio, quæ debet, habea-

Dierum feſtorum obſeruatio maxime ad Dei cultũ cultum pertinet.

ceſſus ratione, ſed ſola rei veritate inſpecta.

Edulia tamen neceſſaria ad victum illius diei extra miſſarum celebrationem & pro infirmis omni tempore, quæ neceſſaria ſunt, licite vendi poſſint. Vtque nullus dierum feſtorum ignorantiam prætendat, eos omnes hic ſigillatim, iuxta ſeriem menſium, ſubiungimus.

Ad victum neceſſaria extra miſſarum celebrationẽ vendi poſſe permittitur.

Pro infirmis oĩ tẽpore q̃ neceſſaria ſunt licite vendũtur.

Menſis Ianuarij.

Circumciſio Domini.
Epiphania.

Deſcriptio dierũ feſtorum, quæ ab omnib⁹ Chriſtifidelibus ſub præcepto ſunt cuſtodienda, atque obſeruanda.

Menſis Februarij.

Purificatio B. Mariæ Virginis.
S. Agatha Virg. & mart. patr.
S. Matthias Apoſt.

Menſis Martij.

Annunciatio B. Mariæ Virg.

Menſis Maij.

SS. Philippus & Iacobus Apoſt.
Inuentio ſanctæ Crucis.

Menſis Iunij.

Natiuitas ſancti Ioannis Bapt.
SS. Petrus & Paulus Apoſt.

Menſis Iulij.

S. Iacobus Apoſtolus.

Menſis Auguſti.

S. Laurentius martyr.
Aſſumptio B. Mariæ Virg.
S. Bartholomæus Apoſt.

Menſis Septembris.

Natiuitas B. Mariæ Virg.
S. Matthæus Apoſt.
Dedicatio S. Michaelis Archang.

Menſis Octobris.

SS. Simon & Iudas Apoſt.

Menſis Nouembris

Feſtum omnium Sanctorum.
S. Martinus Epiſcopus.
S. Andreas Apoſtolus.

Menſis Decembris.

S. Thomas Apoſt.
Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti cum tribus diebus ſequentibus.
S. Silueſter Papa.

Dies feſti mobiles.

Feria quinta cœnæ Domini.
Dominica Reſurrect. cum duobus diebus ſequentibus.
Feſtum Aſcenſionis Domini.
Dominica Pentecoſtes cum duobus diebus ſequẽtibus.
Feſtum Sanctiſſimi Corporis Chriſti.
Item omnes dies Dominici totius anni.

His demum adiicimus dies feſtos patronorum & dedicationum cuiuslibet eccleſiæ Archipresbyteralis, per totum Archipresbyteratum, & parochialis per totam parochiam.

Poſtremo vbi adhuc alij ſunt dies feſti, præter dictos ex pia & approbata conſuetudine vſitati, ij etiam illis in locis, vbi proprij ſunt, obſeruentur.

Dies feſtos de pcepto Eccleſię edicant parochi populis obſeruãdos, necnon & eorum vigilias atq. alias de conſuetudine introductas.

Quatenus autẽ populus ſciat tempora prædictorum dierum feſtorum, Archipresbyteri, atque alij parochi ſingulis diebus Dominicis inter miſſarum ſolemnia frequenti populo dies feſtos, vnà cum illorum vigiliis ab eccleſia præceptis, & aliis ex conſuetudine introductis, per hebdomadam occurrentes publicent, & obſeruandos edicant. Similiter etiam hoc noſtrum mandatum vnà cum pœnis in eo contra præuaricantes contentis ſummatim explicent. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. LXXXVI. die vero

vige-

vigeſima menſis Maij, Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri, Domini Papæ Sixti Quinti, Anno ſecundo, Præſulatus vero noſtri, Anno quarto.

EDICTUM DE DOCTRINAE Chriſtianæ executione, & puerorum iuramento.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis nobis in Chriſto dilectis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, & reliquis Canonicis, necnon Archipresbyteris, Vicariis noſtris foraneis, Parochis, cæteriſque curam animarum habentibus, & vniuerſo clero, ac populo ciuitatis ac diœceſis noſtræ, ſalutem in Domino ſempiternam.

Superiori anno ſacrorum canonum, præſertim, concilij Tridentini, & conſtitutionum Apoſtolicarum auctoritate inducti, inter alia mandata, duo per diœceſim noſtram publicari curauimus, alterum de iuuentute doctrinæ Chriſtianæ rudimentis imbuenda, certa etiam docendi præſcripta ratione, & alterum de populo in parochialibus eccleſiis diebus Dominicis, & aliis feſtiuis inter miſſarum ſolemnia in iis, quæ ad ſalutem animarum neceſſaria ſunt, erudiendo. Cum autem experientia comperiamus nō ſine graui dolore Chriſtifideles noſtræ fidei & curæ commendatos, ita rei propriæ indormire, vt ſalutaria monita ac præcepta noſtra, quibus eos ad ſempiternæ vitæ beatitudinem capeſſendam inuitare, hortari, & inducere non deſiſtimus, negligant; & pauci admodum ſint, qui ſpiritualibus exercitiis huiuſmodi interueniāt: & hinc potiſſimum fieri, vt plerique etiam affecta ætate in veteri ignorantiæ cœno quaſi ſecure iaceant: volentes huic malo opportune prouidere, ac per

Præcipitur omnibus Chriſtifidelibus vt ſibi ſubditos vtriuſq. ſexus pueros ac ſeruos ad doctrinæ Chriſtianę exercitium mittant.

debita ſanctæ Matris Eccleſiæ remedia omnes compellere, prout ſacri canones iubent, vniuerſis & ſingulis parentibus, tutoribus, ac dominis ſub pœna excommunicationis, præſentium tenore mandamus, vt vtriuſq. ſexus filios, pupillos, & ſeruos in capaci ætate conſtitutos ad doctrinæ Chriſtianæ exercitium in ſuis parochialibus eccleſiis faciendum temporibus aliàs à nobis deſignatis mittere debeant: nec excuſentur abſentes, niſi actualis infirmitatis, aut quouis alio legitimo impedimento per nos, aut Vicarios noſtros generalem ſiue foraneos approbando detenti.

Adultiores quoq. ſatagant ſaltē addiſcere Orationē Dominicā, Salutationem Angelicā Apoſtolorum Symbolū & decē præcepta Decalogi.

Adultiores vero & ſenes, qui prima fidei noſtræ rudimenta ad ſalutem neceſſaria ignorant, maiorem in modum hortamur, ac monemus, vt ea præſertim Orationē Dominicam, Angelicam Salutationem, ſymbolum Apoſtolicum, & præcepta Decalogi, ſi tēpore doctrinæ Chriſtianæ cum iunioribus percipere erubeſcant, ſaltem à parochis ſiue ab aliis perſonis ſibi bene viſis addiſcere ſatagāt, memores illius verbi, Si quis ignorat ignorabitur: & qui me erubuerit, & meos ſermones confiteri coram hominibus, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua & Patris & ſanctorum Angelorum. Id quod vt omnino ad effectum adducatur, iniungimus etiam iis, ad quos ſpectat hæc cura, ſub pœnis nobis, aut Vicario noſtro generali bene viſis, ne poſthac quenquā ad ſuſceptionem alicuius ex ſacro baptiſmo, vel confirmatione aut ad matrimonij ſacramentum admittant, qui Dominicam precationem, Salutationē angelicam, ac Symbolum Apoſtolicum neſciat, ſaltem vulgari ſermone.

Ignorātes Orationē Dominicā Salutationē Angelicam, & articulos fidei, ad matrimonium contrahendum neque in cō patres aut commatres alicuius admittantur.

Minores duodecī annorum contra quempiam ad iurandum nō compellantur.

Poſtremo quia intelligimus pueros etiam quinque annorum in iudiciis ad iuramentum adigi, id quod improbandum eſt, & e medio tollendum, prohibemus ſub pœna diuinæ indignationis, ne minores annis duodecim ad iuramentum, præſertim pro teſtimonio contra quempiam dando, compellantur. Quinimo ſecundum ſacros cano-

canones pueri ante quatuordecim annos ad iurandum
21. q. 5 cogi non poſſunt. Et hinc eſt, quòd in regia pragma-
c. 14. 15. & 16. tica anno 1566. die 25. Iunij publicata, mandatur etiam vt teſtium ætas in eorum examine ponatur, quatenus ex ea conſtet, quæ fides ſit teſtibus huiuſmodi adhibenda, cum clariſſimum ſit, & rationi maxime conſentaneum, non cuiuſque ætatis teſtes eſſe admittendos, ſed eos tantummodo, qui in ætate rationabili cõſtituti ſunt, quam canones & leges in maribus quatuordecim, in fœminis vero duodecim annorum expletorum decernunt: cum impuberes neſciant, quid agant, ad iuramentum autem requiratur neceſſario iudicium: non prohibemus tamen, quin recipi poſſit iuramentum impuberis ſponte iurare volentis. Mandantes Parochis & aliis curam animarum gerentibus ſub grauiſſima pœna, vt ſingulis primis Dominicis cuiuslibet menſis præmiſſa noſtra decreta ad doctrinam Chriſtianam pertinentia populo inter miſſarum ſolemnia lingua vernacula publicent. In quorũ omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. LXXXVI. die vero quarta menſis Iulij. Pontificatus Sanctiſs. D. N. Domini Papæ Sixti Quinti, Anno ſecundo. Præſultatus vero noſtri Anno quarto.

Teſtes non cuiuſcũque ætatis, ſed rationabilis eſſe admittẽdos adiurandũ: & quæ ſit ætas huiuſmodi rationabilis.

Impuberum iuramentum ſponte iurare volentium recipi poſſe non prohibetur.

Præcipitur parochis ſub grauiſſima pœna vt lingua vernacula Doctrinę Chriſtianę ſtatuta ſuis populis publicent.

CONFIRMATIO CIRCULI Argentiani pro concione Quadrageſimæ, & ordinaria Concionatoris eleemoſyna.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum vniuerſis præſentes litteras inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternã.

Si quidem dudum piæ memoriæ Anteceſſor noſter, in terra Argentij trium ordinum mendicantium

Domi-

Dominicani, Auguſtiniani, & ſancti Franciſci Capuccinorum monaſteria ibidem habentium circulum inſtituit, vt ſerie perpetua concionatores pro Quadrageſima darent, noſque nuper huiuſmodi circulo etiam monaſterium Montis virginis in eodem loco exiſtens, ſupplicationibus pro parte Cõgregationis nobis porrectis inclinati, inſeruimus & aggregauimus, Magnifici electi & vniuerſitas prædictæ terræ ad maiorem quietem de conſilio etiam & aſſenſu noſtro ſtatuerunt, in publico parlamento, die ſeptima huius menſis habito, & promiſerunt ſe Cõcionatori Quadrageſimali pro tẽpore triginta ducatos currentis monetæ eleemoſynæ ſiue mercedis conſuetæ nomine, & monaſterio, in quo commorabitur, alios decem ratione victus erogaturos: eamque obrem nobis ſcripto ſupplicarunt, vt iuxta noſtram piam eorumque voluntatem huiuſmodi inſtitutionem, ac ſtatutum approbare, & quatenus opus eſſet confirmare dignaremur. Quare præſentium tenore ea omnia quæ præmiſſa ſunt, tam de circuli inſtitutione, quàm de eleemoſynæ & ordinariæ prouiſionis decreto omni meliori modo, via & forma, quibus poſſumus, ac debemus, admittimus, approbamus, confirmamus, & quatenus opus eſt, rata ac ſtabilita eſſe volumus: nobis tamen ac ſucceſſoribus noſtris pro tempore in quolibet ordine Concionatoris huiuſmodi electionem & nominationem de prædictæ etiam vniuerſitatis electorum conſilio ſpecialiter reſeruantes. In quorum fidem ac teſtimonium his manu propria ſubſcriptis ſigillum noſtrũ apponi iuſſimus.

Dat. Durazzani anno Dñi M. D. LXXXVI. die vero X. menſis Auguſti. Pontificatus ſanctiſſimi D.N. Domini Papæ Sixti Quinti Anno ſecundo: Præſulatus vero noſtri Anno quarto.

EDI-

EDICTUM DE BONORUM AD Eccleſias, Confraternitates, & alia pia loca pertinentium locatione, commutatione, alienatione, & tractatione.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Reuerendis nobis in Chriſto dilectis Archidiacono, Decano, Primiceriis, theſaurario, cæteriſque canonicis, atque Archipresbyteris, parochis, cæteriſque ſacerdotibus, ac clericis, & vniuerſis quorumcunque hoſpitalium, confraternitatum, fabricarum, ac cæterorum piorum locorum magiſtris, præpoſitis, ſuperintendentibus, aliiſque officialibus, nec non cuiuſcunque gradus, dignitatis, vel præeminentiæ ſecularibus huius Ciuitatis ac diœceſis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quoniam ad aures noſtras peruenit complures ex clericis noſtris beneficiatis etiam in ſacerdotio cōſtitutos, & curæ animarũ præpoſitos beneficiorũ ſuorum fructus ac terras ad longiorem annorũ ſeriem, quàm triennalis ſpatij cōtra ſacros canones, præſertim extrauagantẽ Pauli II. & decretum ſynodi prouincialis Beneuentanæ, in gratiam ſibi ſanguine, vel affinitate, aut amicitia iunctorum locare nō ſine iactura, ac diſpendio eccleſiæ, cum ij, qui locationem huiuſmodi ſuſceperunt, illud tantũ ſatagant, vt multum commodi inde percipiant, eamque ob rem terras huiuſmodi male tractẽt, imò etiam quoſdam contra prædictum ſynodi prouincialis Beneuentanæ decretum anticipata ſolutione, etiam precio minori locare quàm oporteret: & quod peius eſt, nonnullos certa pecuniæ ſumma accepta ad definitũ aliquem annorũ numerũ tradere: quinimò etiã aliquos, terras, & alia bona ſtabilia cũ aliis terris vel bonis ſtabilibus cōmutare in fraudẽ ac dam-

In gratiã conſanguineorum locationes terrarum beneficialium ad longiorem annorum feriẽ quàm triẽnalis fiebant, quod nũc prohibitum eſt.

Anticipata etiã ſolutione locationes ꝓ minori precio necnon & cōmutationes ĩ fraudẽ Eccleſiarũ fiebant, quod nunc etiam prohibitũ eſt.

ac damnum Eccleſiæ: nos ex officij noſtri debito abuſibus huiuſmodi de opportunis remediis prouidere volentes, ſtatuimus in primis ac decernimus ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ, ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarum, & in ſubſidium excommunicationis, ne quis poſthac ex clero noſtro beneficiatus cuiuſcunq. ordinis, gradus, vel conditionis exiſtat, abſq. noſtra, vel Vicarij noſtri generalis, iuxta prædictum Synodi Prouincialis Beneuentanæ decretum, licentia in ſcriptis obtenta, prouentus, terras, ædes, & alia ſimilia iura beneficiorum ſuorum quomodocunque locare poſſit: & multo minus commutare, etiam cum prætextu euidentis vtilitatis: quæ etiam commutatio nullius eſſe poteſt roboris, niſi auctoritas Apoſtolica interceſſerit.

Locationes bonorũ eccleſiaſticorũ poſthac ne fiant, niſi de licẽtia ordin. ſub pœna. [2]

Cõmutationes etiã cũ p̃textu euidentis vtilitatis multo minus fiãt, niſi Apoſtolica interceſſerit auctoritas.

Quòd ſi quæ bona huiuſmodi fuerunt hactenus ſine ſuperiorum, ad quos ſpectat auctoritatis interuentu, aut vltra triennium locata, vel cum obligatione anticipatæ ſolutionis, ad certum annorum numerum conceſſa, ſeu oppignorata, aut quocunque alio nomine, titulo, & colore quæſito aliis tradita, vel cum aliis bonis commutata, vel quomodocunque alienata: ſub prædictis pœnis mandamus beneficiatis ipſis, & iis, in quorum poteſtatem bona ipſa modis huiuſmodi, vel aliis quomodocunque peruenerunt, ſub pœna maledictionis æternæ, præcipimus, vt in viſitatione proxime futura coram nobis aut Vicario noſtro generali perſonaliter, vel per procuratores compareant, ac de iis rebus informent, veritatemq. reuelent. Nam in extrauaganti Pauli ſecundi omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienatio, omneq. pactum per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſio, hypotheca, locatio, & conductio vltra triennium, necnon infeudatio, vel contractus emphytheuticus, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus

In viſitatione beneficiati reuelent ordinario qualẽcunque locationes, cõmutationes, & alienationes ĩ fraudem eccleſiarum factas ſub pœna.

De reb. eccl. nõ alien. c. ambitioſæ.

Bonorũ eccleſiaſticorũ alienatio, & oẽ pactũ, p quod dñium transfert, & locatio vltra triennium p̃hibita p̃terq̃ in caſibus à iure permiſſis.

ctibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis temporis exigentia fieri prohibentur, vbi etiam factum non tenere, & tam qui alienat, quàm qui recipit, ſententiam excommunicationis incurrere declaratur, prælatisq. diuerſis diuerſæ pœnæ imponuntur. Et in Synodo Prouinciali Beneuentana locationes bonorum eccleſiaſticorum per triennium à quocunque ipſæ in futurum fiant, inualidæ decernuntur, niſi eis expreſſus Epiſcopi conſenſus, aut eius Vicarij, qui etiam eas manu propria ſubſcribant, acceſſerit; longioris vero temporis vltra triennium locationes, niſi auctoritate Apoſtolica fiant, inualidæ & irritæ, effectumq. nullum ſortiri decernuntur. Nullæ item locationes fieri poſſe decernuntur anticipata ſolutione. Transgreſſores autem præter pœnas propoſitas in conſtitutione Pauli ſecundi his, qui Eccleſiæ bona alienauerint, beneficiis, quorum bona locaſſe reperti fuerint, priuentur, & aliis pœnis arbitrio Epiſcopi puniantur. Nemini vero propinquis locare conceſſum ſit in emphyteuſim, aut ad cuiuſuis temporis ſpatium bona eccleſiaſticorum beneficiorum, niſi Epiſcopus aliter faciẽdum iudicauerit pro commodo, & vtilitate Eccleſiæ. Atque prædicta omnia intelligi etiam volumus de terris & bonis Seminario incorporatis.

De locatiõe bonor. eccleſiaſticorũ c.1.

Nemini licet propinquis locare bona beneficiorum, nec ĩ emphyteuſim, vel quolibet ſpatio temporis ↄcedere, niſi ꝑ cõmodo eccleſiæ Epiſcopus aliter iudicauerit faciendum.

Relatum eſt etiam nobis complures hoſpitaliũ, confraternitatum, fabricæ eccleſiarum, & aliorum piorum locorum præfectos, ſeu rectores, quos vulgo magiſtros, vel ſuperintendentes vocant, prouentus, cenſus, prata, agros, vineta, ædes, & alia ſimilia ad huiuſmodi loca, quorum adminiſtrationem gerunt, pertinentia, pro minori precio, quàm deberent, in gratiam conſanguineorum, aut amicorum, vel aliquo pecuniæ dono, clam pro ſe accepto, etiam vltra triennium contra prædictã Pauli ſecundi extrauag. locare, & aliquando fraudulenter, ac damnoſe commutare, vel etiã certa pecunia ſumma ſub prætextu neceſſitatis in loci, cui præſunt, ſubleuationem

A magiſtris confraternitatum & aliorum piorum locorum fiebant locationes ad longum tp̃s minori precio in gratiam amicorum.

tionem accepta ad plures annos oppignorare, aut aliter quomodocunque concedere. Quidam etiam prouentus annuos in pecunia ad propriam vtilitatem, & quæſtum exponunt, aut conſanguineis, ſiue amicis, vel aliis vtinam ſine clandeſtinæ vſuræ interuentu mutuo dant, quo fit, vt cum officio ceſſuri rationes adminiſtrationis ſuæ ponunt, multum pecuniæ huiuſmodi locum debeāt, in qua reddenda cum magnæ temporis dilationes, & excuſationes interueniant, loca ipſa, & eorum perſonæ egentes neceſſitatem patiuntur. Contingit etiam vt non neceſſaria & inutilia ædificia condant, idq. aliquando ea occaſione, vt ſibi commoditatem vſurpandæ pecuniæ arripere poſſint, dum in regiſtra rationum inferunt, quantum libet. Hinc eſt, quòd nos malis huiuſmodi debite prouiſuri, vt ex officio noſtro tenemur, vniuerſis tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, cuiuſcunque gradus, dignitatis, ac præeminentiæ exiſtant, prædictorum locorum magiſtris & officialibus quocunque nomine nuncupatis, eis maxime, qui fructus, cenſus, & prouentus quoſcunque colligunt, ac exponunt ſub pœna excommunicationis mandamus, ne in poſterum terras, cenſus, fructus, vel alia bona ſtabilia, aut prouentus annuos quomodocunque nominentur, cuiquam conſanguineo, vel affini, aut alij vltra trienniū ex quouis prætextu vel colore locent, & multo minus commutent, vel alienent, aut pecunias, vel alios prouentus ad proprium vſum exponant, vel aliis mutuo dent, neque etiam noua ædificia, & fabricas magni momenti conſtrui faciant, abſque noſtro aſſenſu, aut vicarij noſtri generalis in ſcriptis obtento.

Interdī magiſtris locatio vltra triēniū cōmutatio, & oīs ſpecies alienationis ad fauorē amicorū, & vt pecuniæ non exponant ꝓpriis vſib. nec mutuo dent, aut fabricas conſtruant inconſulto Epiſcopo.

Similiter etiam ſub eadem pœna mandamus præteritis magiſtris & officialibus, qui dictis locis ex adminiſtratione ſua adhuc debitores exiſtunt, vt infra menſem ab huius edicti noſtri publicationis die inchoādum debitis huiuſmodi in Vicarij noſtri generalis quoad ciuitatem cathedralem, vel quoad alia diœceſis loca foraneorum

Præteriti magiſtri q debitores exiſtunt confraternitatib. infra menſem reſtituāt ſub pœna.

neorum præſentia integre ſatisfaciant, noſq. Vicarij ipſi de ſucceſſu admoneant.

Et quatenus poſthac ſimilibus incommodis omnis occaſio præcidatur, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, vt in quouis hoſpitali, confraternitate, aliove pio loco, in quo colligitur annuatim vltra quadraginta ducatos ſiue ex prouentibus, ſiue ex eleemoſynis per magiſtros & officiales eorum aliqua commoda capſa infra trimeſtre ſpatium à præſentium publicatione cõputandum comparetur, ac tuto loco habeatur, in qua pecuniæ ſupra prædictos quadraginta ducatos pro vtilitate ac quotidiano vſu eiuſdem pij loci exponendos ex redditibus, eleemoſynis, ſiue annonæ venditione, aut alio quouis modo prouenientes fideliter repoſitæ ſub tribus diuerſis ac firmis ſeris aſſeruari poſſint, quarum claues tres diſtinctæ ac fideles perſonæ ad locũ ipſum attinentes cuſtodiant, neque inde vnquam depromatur pecunia, niſi cum ad communes loci, vel confraternitatis vſus, & vtilitatem erit impendenda, idq. non niſi prædictis quadraginta ducatis pro eodem loco vtiliter conſumptis.

Vt poſthac pecuniæ confraternitatũ vltra certam ſummã aſſeruẽtur in capſa tuto loco ſub trib. ſeris diſtinctis ꝑ neceſſitatibus.

Similiter ſub pœna excommunicationis prædictis locorum piorum præfectis, & officialibus quibuſcunq. mandamus, vt in futurum, vbi ad finem adminiſtrationis ſuæ rationes poſuerint, ſibi in officio ſuccedentibus omnes pecunias, ac prouentus, qui ſupererunt ex rationibus infra menſem tradant & conſignent. Atque vt omnia hæc debitum, ac maturum ſortiantur effectum, ſub diuinæ vltionis, ac noſtræ indignationis pœna, vniuerſis Archipresbyteris noſtris, ceteriſq. animarum rectoribus diſtricte præcipiendo mandamus, vt prima aut ſecunda Dominica poſt affixionem huius edicti inter miſſarum ſolemnia parochianis ſuis lingua vernacula publicent. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimoniũ his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus.

Rationibus poſitis ꝑ pfectos piorũ locorum infra menſem quidqd ſupereſt in rationibus ſucceſſoribus tradatur.

Inter miſſarũ ſolẽnia parochi ſtatuta ſupradicta populo publicẽt lingua vernacula ſub pœna.

S 2 Dat.

Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Domini M. D. LXXXVII. die vero x. menſis Ianuarij Pontificatus ſanctiſſimi Domini Noſtri Domini Papæ Sixti Quinti, Anno ſecundo. Præſulatus vero noſtri Anno quarto.

EDICTUM DE QUORUNDAM luſuum prohibitione.

FRater Felicianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus ſanctæ Agathæ Gothorum, Vniuerſo clero ac populo ſibi commiſſo, cuiuſcunque ſint gradus, conditionis, & præeminentiæ, & in dignitatibus eccleſiaſtica, vel ſeculari conſtitutis, ſalutem in Domino ſempiternam.

Quia compertum habemus illicitos ac nefarios chartarum & taxillorum luſus, tam altas apud quoſdam ex clero noſtro, qui Dei timore depoſito mundanas vanitates perſequuntur, egiſſe radices, vt multis remediis, quæ hactenus diligenter adhibuimus, contineri in officio non poſſint, cupientes tam graue malum, quo & diuinæ gratiæ aditus præcluditur, & vitiis, flagitiisq. via aperitur, radicitus extirpari, grauiorem ac ſeueriorem nos inire rationem, zelus, quo gregis nobis commiſſi ſalutem & commoda ſatagimus, merito cōpellit. Quare præter pœnas in Synodis cum Prouinciali tum diœceſana contra clericos illicite ludentes ſtatutas, huius edicti tenore etiam excommunicationi eos cuiuſcunq. ordinis, gradus, conditionis, ac præeminentiæ ita per ſe vel per alios ludentes, tam in hac ciuitate cathedrali & diœceſi, quàm extra diœceſim ſubiicimus, laicis vero noſtræ diœceſis cuiuſcunque ſtatus, ac dignitatis præcipimus ſub pœna peccati mortalis, à quo non niſi in mortis articulo abſolui poſſint, niſi de noſtra, aut Vicarij noſtri generalis licentia, ne prædictis clericis locū & commodita-

Luſus chartarū, & taxillorū tā p ſe, q̄ p alios intus vel extra diœceſim clericis prohibetur cum adiectione pœnarum

Laici ne locū aut cōmoditatē dent clericis ludendi, & multo minus cum eis ludant.

moditatem ad huiuſmodi luſus præbeant, & multo minus cum eis ludant. Atque vt hoc executioni fideliter demandetur, & ne quis ſub prætextu ignorantiæ ſe excuſet, præcipimus ſub pœna indignationis noſtræ omnibus Archipresbyteris, cæteriſq; curam animarum habentibus, vt prima Dominica ab huius noſtri mandati publicatione, & deinde ſingulis primis Dominicis cuiuslibet menſis inter miſſarum ſolemnia parochianis ſuis lingua vernacula publicent. In cuius rei fidem ac teſtimonium his ſigillo noſtro maiore, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus.

Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis, Anno Domini M. D. LXXXVII. die vero xiiij. menſis Ianuarij. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Papæ Sixti Quinti, Anno ſecundo. Præſulatus vero noſtri Anno quarto.



CON-

CONSTITVTIONES ET STATVTA DIOECESANA

EPISCOPATVS SANCTÆ AGATHÆ Gothorum Prouinciæ Beneuentanæ renouata, necnon ad normam ſacri concilij Tridentini reducta, aucta, & ad temporis huius neceſſitatem accommodata, in Synodo Anno M. D. LXXXVII. in menſe Aprili in ciuitate Agathenſi habita diligenter reuiſa & publicata.

PRAESIDENTE REVERENDISSIMO D. Feliciano, eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo.

DE CONFESSARIIS EORVMQ. poteſtate, necnon vtriuſque ſexus fidelium confeſſione, & ſanctiſſima Euchariſtiæ communione.

CONSTITVTIO PRIMA.

Sacerdotes tã regulares quàm ſeculares nullũ admittant ad pænitentię ſacramentum niſi ſint expoſiti ab ordinario vel curam habeant animarum & tũc ſuos tantũ parochianos.

IN primis admonemus omnes ſacerdotes tam regulares, quàm ſæculares, ne vllo tempore quenquam clericum vel laicum cuiuſcunque ſit gradus aut conditionis, ad pænitentiæ ſacramentum admittant, niſi curã habuerint animarũ quoad parochianos ſuos, Cap. 1. & à

& à curia noſtra Epiſcopali per examen fuerint approbati, & tanquam ſufficientes ad audiendas confeſſiones expoſiti, iuxta ſanctiones ſacrorum canonum præſertim ſacroſancti Concilij Tridentini. Quòd ſi quis contra hoc noſtrum ſtatutum facere tentauerit, præterquam quòd abſolutio nullius eſt roboris, ſi ſacerdos ſit ſecularis, incurrat ipſo facto pœnam ſuſpenſionis & inhabilitatis ita, vt in poſterum ad audiendas confeſſiones admitti non debeat, & alias pœnas iuxta conſtitutionũ ſacrorũ canonum diſpoſitionem: ſi vero regularis, tamdiu excommunicationi maiori ſubiaceat, quouſque à curia noſtra Epiſcopali abſolutionem obtinuerit, & à Prælato ſuo condignam pœnitentiam receperit.

Seſs. 23 c. 15. re form.

Cap. 2. Admonentur inſuper omnes Archipresbyteri, parochi, eorum ſacellani, ſeu cooperatores, & quicunq. animarum regimini præpoſiti, necnon alij presbyteri tam regulares, quàm ſeculares vniuerſi, quos curiæ noſtræ epiſcopalis examinatores ad audiendas confeſſiones ad miſerunt, ne quenqam ſibi confeſſum à caſibus, hoc eſt, excommunicationibus papalibus, ab iis maxime, qui in Bulla Cœnæ Domini reſeruati ſunt, abſoluere præſumant: præterquam quòd enim abſolutio huiuſmodi inualida eſt, confeſſarij ipſi incurrunt etiam excommunicationem. Ne vero quiſquam ignorantiæ prætextu excuſari poſſit, ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarum omnibus animarum rectoribus prædictis mandamus, vt quiſque in proprio templo, aut ſacrario, vel ad confeſſionale habeat ſemper affixum exemplar Bullæ Cœnæ Domini, & ſingulis annis poſt tempus Paſchale renouet ad eam formulam, quam Pontifex maximus feria quinta Cœnæ Domini publicare ſolitus eſt. Et quoad alios caſus papales in dicta Bulla non comprehenſos ſub eadem pœna habeant omnes prædicti animarum rectores aliquam ſummam, vel alium librum ſimilem in quo contineantur non ſolum alij caſus papales, ſed etiam excom-

Sacerdotes & ex-poſiti ab excõmunicationibus Papalibus maxime i bulla cœnæ Domini contentis, quemquã abſoluere non præſumant.

Curati habeant exẽplar Bullę cœnæ Domini cõfeſſionali, aut ſacrario affixum.

Item & habere debent ſummam aliquā continentem excommunicationes Papales, necnon Epiſcopales.

communicationes Epiſcopis de iure vel communiter reſeruatæ, quatenus ad rectam officij ſui functionem excommunicationes papales ab aliis ſeiungere ſciant.

Sacerdotes expoſiti pænitentium confeſſiones non audiant niſi in tēplo aut in ſacrario vbi ſit affixū exemplum Bullæ Cœnæ Domini vel penes ſe habeant.

Similiter obſtringimus cæteros tam regulares, quàm ſeculares ad confeſſiones per noſtros examinatores expoſitos ſub pœna ſuſpenſionis ab auditione confeſſionum eo ipſo incurrenda,& ſeculares etiam ſub pœna vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ,ne ſibi confiteri volentes audire debeant, niſi in templo, aut eius ſacrario, vbi confeſſiones audiunt, affixum ſit exemplar Bullæ Cœnæ Domini, vel penes ſe habeat, & quiſque ſummam vel librum in quo contineantur excommunicationes papales, & epiſcopales, vel ſaltem catalogum, in quo ſummarie notatæ ſint,habeat, vt etiam ipſi circa confeſſionis & abſolutionis officium partes ſuas debite præſtare poſſint. Cap. 3.

Habeant quoque ſummam continentem excomunicationes Papales & Epiſcopales vel ſaltim catalogum in quo notatæ ſint.

Nullus confeſſarius præſumat pœnitētes abſoluere à caſibus Epālib. abſque licentia.

Admonentur etiam omnes confeſſarij expoſiti, ſiue ſint presbyteri ſimplices etiam regulares, ſiue curam animarum quomodocunque gerentes, vt nemo ſibi confitentes,quicunque illi ſint, à caſibus curæ noſtræ Epiſcopali,reſeruatis abſoluere præſumat, abſque ſpeciali noſtræ aut Vicarij noſtri generalis licentia in ſcriptis obtēta. Id quod eis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ mandamus, & ſi ſint presbyteri ſeculares iuxta ſtatuta vetera ſub pœna etiam centum librarum ceræ albæ elaboratæ ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarū, præterquam quòd etiam abſolutio huiuſmodi irrita eſt, & inanis. Vt autem quiſque ſcire poſſit, qui caſus ſint curiæ noſtræ Epiſcopali reſeruati, ſub pœna curam animarum habentibus, quinquaginta, aliis presbyteris ſimplicibus vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ vt ſupra applicandarum, & regularibus ſuſpenſionis ab auditione confeſſionum ſerio mandamus, vt vnuſquiſq. caſuum huiuſmodi exemplum apud ſe,vel in templo,vbi confeſſiones audit, affixum habeat. Et quia plerumque mutantur, & modo plures, modo pauciores pro temporis ac Cap. 4.

Exemplū caſuum Epiſcopo reſeruatorum quiſque cōfeſſari⁹ habeat affixū vbi confeſſiones audit, vel penes ſe.

ris ac

ris ac locorum qualitate reſeruari ſolent, & ſub tempus Quadrageſimale proponi ac publicari, vnuſquiſq. confeſſarius per curiam noſtram approbatus ſingulis annis ſub principium Quadrageſimæ exemplum eorum petat, & accipiat. Cumque diuerſi caſus ab immemorabili tempore in hac diœceſi reſeruati reperiantur, & à prædeceſſoribus noſtris ſemper confirmati, eos ad finem horum decretorum cum nonnullis aliis nobis bene viſis ſubiiciemus.

Caſus reſeruari modo plures modo pauciores pro temporis ac locorum qualitate ſolent eſſe.

Cap. 5. Admonentur quoq. omnes presbyteri tam regulares, quàm ſeculares nullam animarum curam gerentes, qui per annum expoſiti ſunt, ad audiendas confeſſiones, ne à Quadrageſimæ initio vſq. ad finem octauæ Paſchalis officium hoc ſub pœna excommunicationis latæ ſentẽtiæ exerceãt, niſi iuxta neceſſitatem locorum noſtra aut vicarij noſtri generalis licentia ſpecialis ad id interuenerit. Cum enim velint ſacri Canones, vt quiſque fidelis Chriſtianus in ætate rationabili conſtitutus debeat ſub præcepto ſaltem ſemel in anno videlicet Paſchali tempore (quod à Dominica Palmarum vſq: ad Dominicam octauæ Paſchalis extẽditur) ſacroſanctam Euchariſtiam præmiſſa confeſſione ſacramentali à proprio parocho ſuſcipere. Omnis (inquit ſacer Canon.) vtriuſq. ſexus fidelis, poſtquã ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti: & iniunctam ſibi pœnitentiam propriis viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum: niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilẽ cauſam, ad tempus ab huiuſmodi perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſiis publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet,

Sacerdotes nõ curati licet p annũ ſint expoſiti, ab initio tamen quadrageſimæ vſque ad octauam paſchatis neminem in cõfeſſione audiant vel abſoluant, niſi ſpecialis licentia interuenerit.

Præmiſſa ſacramentali confeſſione à proprio parocho ſacroſãctam Euchariſtiã tẽpore Paſchali quiſque fidelis ſuſcipere tenetur.

De pœn. & remiſſ. Ca. Oĩs vtriuſque.

Qui alteri quàm proprio ſacerdoti voluerit confiteri, licentiã ab eo vel ab ordinario poſtulet atque obtineat.

T

ſtulet, & obtineat à proprio ſacerdote: vel ab Epiſcopo cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere, vel ligare. Aduertant tamen parochi non eis per id concedi, vt parochianis ſuis etiam licentiam ſacram communionem extra parochiam ſumendi dare valeant: debent enim parochiani omnes in diœceſi exiſtentes, nemine excepto, in propria parochia tempore Paſchali communicare, & à proprio ſacerdote, vel eius vicario ſacram Euchariſtiam recipere, id quod vt poſthac inuiolabiliter fiat, tam parochianis quàm parochis ſub grauiſſima pœna mãdamus. Non denegatur tamen quin in hac Agathenſis Ciuitate poſſint omnes qui voluerint in cathedrali Eccleſia, quæ eſt matrix omnium parochiarum, communicare, dummodo ſuis parochis ſcriptum teſtimonium afferant ſuſceptæ communionis.

In propria parochia tempore paſchali quiſque ſanus communicare tenetur, vel in cathedrali dummodo ſuo parocho ſuſceptæ communionis ſcriptũ teſtimonium afferat.

Quòd ſi quis extra propriam eccleſiam pro debito cõmunionis paſchalis auſus fuerit communicare, pro non communicato iuxta præceptum Eccleſiæ habeatur; & ſacerdos, qui eum ita communicauit, vti ſacrorum canonum contemptor acerrime puniatur. Ob id proprius ſacerdos, qui eſt parochus, munus huiuſmodi obire, atq. poſt completum tempus Paſchale omnium vtriuſq. ſexus parochianorum ſuorum, qui ſalutari Eccleſiæ præcepto huiuſmodi de confeſſione & communione obedienter paruerunt, nomina ſcripto conſignata ad Epiſcopum ſuum tranſmittere debet.

Qui extra parochiam tẽpore paſchali eſt auſus cõmunicare, pro non communicato habeatur iuxta preceptum Eccleſiæ, & ſacerdos q eum communicauit, puniatur.

Completo tempore Paſchali curatus ad ordinariũ mittere debet nomina eorum qui iuxta præceptum Eccleſiæ pręmiſſa confeſſione Sacramentali communicarunt.

Per hæc tamen non excludimus, quin mercatores ac viatores à domo remoti, iuxta ſacros Canones, vbicunq. extiterint, etiam tempore paſchali, ſacerdoti expoſito confiteri & abſolui etiam à caſibus epiſcopalibus, iuxta diſpoſitionem loci illius, vbi ſunt, valeant & ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento refici. Id quod ſcholaribus etiã mercenariis, ſtipendiariis conceſſum eſt, & aliis id genus, qui in aliena diœceſi ſunt, dummodo maiorem anni partem ibidem ſint commorati, & non poſſint commode ad proprias parochias redire ob locorum diſtantiam,

Conceditur tamen mercatorib. ſcholaribus, viatorib. & huius generis aliis, vt confiteri & communicari extra diœceſi poſſint tempore paſchali & quomodo.

tiam, vel alia vrgentia ac rationabilia impedimenta.

Quoniam autem vel ob multitudinem, aut propter negligentiam parochianorum, qui confeſſionem in extremum tempus prorogant, non poſſunt parochi perſonaliter omnes audire; conceditur vt alios coadiutores tam regulares, quàm ſeculares habere poſſint, dummodo per curiam epiſcopalem ſint vt ſupra approbati. Quos ſane coadiutores præſenti conſtitutione noſtra obligamus, vt vnicuique eorum, quorum confeſſiones exceperint, ſcriptum teſtimonium, in quo & fides confeſſionis, & tempus contineantur, præbeant; vt qui eis confeſſi & abſoluti ſunt, vbi tempus communionis aduenerit, proprio parocho è cuius manibus in propria parochiali eccleſia ſacroſanctum Chriſti Domini noſtri Corpus accipere debent, teſtimonium huiuſmodi offerre queant. parochi autem ipſi & quicunque animarum regimini præpoſiti ſub pœna quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ iuxta vetera ſtatuta diœceſis, ad pios vſus arbitrio noſtro applicãdarum huiuſmodi teſtimonia, quæ parochiani aliis vt ſupra expoſitis confeſſi attulerint, vnà cum catalogo eorum quos ipſi audierunt, ſimiliter quos communicarunt, itemque eorum qui communionem vel confeſſionem non fecerunt, intra quindecim dierum ſpatium à Dominica octauæ Paſchalis computandorum ad curiam Epiſcopalem dare vel tranſmittere teneantur.

Conceduntur parochis alij Sacerdotes tam regulares quàm ſeculares, ab ordinario tamen expoſiti vt in audiendis ſuorum parochianorũ cõfeſſionibus auxilio eſſe poſſint.

Confeſſores non curati ſcriptũ teſtimoniũ pbeant factę confeſſionis ſibi confeſſis, vt ipſi ſuis parochis pſentare valeant.

Tempore paſchali elapſo parochi nomina eorum quorum ipſi confeſſiones audierunt, & aliorum aliis expoſitis cõfeſſorum, & eorũ qui communicarunt: nec non eorum qui id facere prætermiſerunt, ordinario tradãt.

Cap. 7. Quia vero cathedralis eccleſia noſtra eſt parochia generalis huius Ciuitatis, cum in ea ſola baptiſmus adminiſtraretur, & ex ea de aliis ſacramentis omnes infirmi prouideantur: proinde conceditur omnibus Agathenſibus vtriuſque ſexus qui voluerint, vt etiam tempore paſchali in cathedrali pro debito præcepti Eccleſiæ, vt ſuperius dictum eſt, communicare poſſint, dummodo ſacerdoti communionem præbenti teſtimonium ſcriptum confeſſionis factæ exhibeant: mandantes omnibus ec-

In cathedrali Eccleſia poſſũt oẽs Agathenſes cõicare iuxta præceptũ eccleſiæ cũ ſit matrix aliarum parochiarum.

pag: 19

 cleſiæ

cleſiæ cathedralis ſacerdotibus, vt nulli laico prædicto tempore paſchali ex debito præcepti Eccleſiæ communicare volenti, ſacram Euchariſtiam porrigant, niſi prius dictum confeſſionis teſtimonium ab eo receperint: ea vero teſtimonia omnia cum fide ſubſcripta exhibitæ communionis propriis parochis tradantur, vt curiæ Epiſcopali vnà cum aliis præſentari valeant.

Parochi caueant ne cuipiã etiam dicenti ſe alteri eſſe confeſſum, cõmunionẽ porrigãt niſi ſcriptum teſtimoniũ factę confeſſionis conſignent.

Confeſſi extra diœceſim abſq. licentia ordinarij ad communionẽ nõ admittantur.

Cap. 8. Diligenter aduertant parochi, ne cupiam, cuiuſcunq. ſtatus, gradus, & Conditionis exiſtat, dicenti ſe alteri eſſe confeſſum, Communionem ſacram porrigant, niſi teſtimonium in ſcriptis acceptum à cõfeſſario per curiam noſtram expóſito oſtenderit, & multo minus eos ad ſacram communionem admittant, qui extra diœceſim dixerint ſe eſſe confeſſos, etiam ſi eius rei habuerint teſtimonium: cum enim ſacerdotes tam in diœceſi non expoſiti, quàm extranei poteſtate clauium, & conſequenter facultate abſoluendi careant, confeſſio huiuſmodi non tenet. Qui contra fecerint declarantur excommunicationem maiorem ipſo facto incurriſſe, nec non per ſingulas vices pœnam centum librarum ceræ albæ elaboratæ.

Curatus quilibet librum habeat in quo ãnotata ſint vtriuſq. ſexus nomina cõicantiũ: necnõ & vtriuſq. ſexus puerorũ (ſeorſum tñ) quintũ annũ excidentiũ ad confeſſionem introductorum.

Cap. 9. Vt vero hæc omnia executioni facilius demãdari queant, habeant omnes parochi & alij curam animarum habentes librum, in quo notata ſint eorum nomina, qui ad ſacram communionem admiſſi ſunt, & ſeorſum nomina vtriuſque ſexus puerorum, qui quintum ætatis annum exceſſerunt, & ad ſolam confeſſionem introducti ſunt.

Non tantum paſchali ſed ẽt quocunque alio anni tẽpe quilibet ſuo proprio ſacerdoti confiteri tenetur & non alteri, niſi de ipſius licentia vel ordinarij auctoritate.

Cap. 10. Quoniam ſignificatum nobis eſt, à quibuſdam hunc circumferri ſermonem, quòd chriſtifideles tempore tantum paſchali confiteri proprio ſacerdoti teneantur: ita vt aliis temporibus, cui volent confiteri, ab eoq. peccatorũ abſolutionem recipere poſſint: neceſſarium fore exiſtimauimus, ſententiam ſacri canonis oppoſitum aſſerentis ad repellendam opinionis huiuſmodi vanitatem

in me-

9. q. 2. c. 2. & 8 pæn. d. 6. c. 1

in medium adduci; quæ eſt eiuſmodi: Placuit, vt deinceps nulli ſacerdoti liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti ad pænitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu, cui prius ſe commiſit, niſi pro ignorantia illius, cui pænitens prius confeſſus eſt. Qui vero contra hæc ſtatuta facere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit. Nec mirum cum alienus ſacerdos clauium poteſtatem ligandi atq. ſoluendi in illum non habeat. Hinc alius canon, Si quis alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & abſtineat à proprio ſacerdote: cum aliter ipſe illum non poſſit abſoluere, vel ligare. Quamobrem volentes ſubditorum noſtrorum ſaluti conſulere, mandamus omnibus parochis, aliiſq. ſacerdotibus quibuſcunq. ſub pœna à ſacro canone præſcripta, ne quis alienæ eccleſiæ parochianũ audire præſumat, niſi noſtra, aut proprij parochi licentia interuenerit, vel id eis indultum fuerit à Sede Apoſtolica.

De pænitẽ. & remiſſ. c. ols vtriuſq.

Sacerdos ẽt curatus in alienos clauium poteſtatem non habet.

Parochianũ alienæ eccleſię nullus parochus, vel ſacerdos alius p̄ſumat abſoluere abſq. ordinarij, vel proprij ſacerdotis licentia.

Sacerdotibus enim quibuſcunq. pro audiendis confeſſionibus à nobis approbatis, & generaliter expoſitis quocunq. tempore vtriuſque ſexus homines abſq. ſuorum parochorum licentia confiteri, ab eiſque ſuorum peccatorum abſolutionẽ accipere poſſunt, præterquàm à caſibus nobis reſeruatis, dummodo etiam tempore Paſchali teſtimonium ſcriptum ab eis quibus cõfeſſi ſunt, propriis parochis exhibeant, vt ſupra dictum eſt.

Sacerdotib. tam regularib. q̄ ſecularib. generaliter ab ordinario expoſitis oẽs vtriuſque ſexus fideles quocũq. tp̄e abſque ſuorum parochorũ licentia cõfiteri & abſolutionem accipere poſſunt, præterq̃ à caſib. reſeruatis

Cum autem parochi ab aliquibus parochianorum ſuorum fuerint requiſiti, vt licentiam eis impertiantur confitendi aliis parochis, vel eorum cooperatoribus maxime in eiuſdem Archipresbyteratus diſtrictu exiſtentibus, eam libenter concedant; non tamen eandẽ præbere valeant, extra diœceſim confitendi, quam nobis ſolis ac Vicario noſtro generali reſeruamus. Quòd ſi quis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ac ſexus extra diœceſim ſine noſtra ſpeciali, aut Vicarij noſtri generalis licentia in ſcriptis obtenta, ad faciendam confeſſionem abierit,

Licentiã confitendi aliis parochi libenter concedãt: dũmodo diœceſani fuerint, quibus confiteri voluerint.

Si quis abſq. ordinarij licentia extra diœceſim ad confeſſionẽ faciendam ſe contulerit, abſolutio nulla erit.

DE RATIONABILI AETATE vtriuſque ſexus puerorum, qua ad confeßionem, & ſacræ Euchariſtiæ communionem ſub præcepto obſtringuntur.

CONSTITVTIO II.

Cap. 1.

CVm ſuperius dictum ſit, omnes vtriuſq. ſexus homines, vbi ad annos diſcretionis peruenerint, teneri ſaltē ſemel in anno, videlicet tempore Paſchali, proprio ſacerdoti peccata ſua confiteri, & ad ſacram Corporis Chriſti menſam accedere, videndum hic erit, quæ ſit ætas diſcretionis ad ſacramentorum confeſſionis & communionis perceptionem requiſita. Nam ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſumptio impuberibus ob nimis teneram ætatem, & exiguam tanti ſacramenti intelligentiam non conceditur: vnde Eccleſia merito canit, ſub perſona Chriſti in eo exiſtentis; Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me. Cum vero pueri quartodecimo, ac puellæ duodecimo ætatis anno communiter incipiant pubeſcere, hinc eſt, quòd Eccleſia reputans hanc ætatem aptam eſſe ad ſufficientem cognitionem ſacramenti Euchariſtiæ, permittit, vt in ea ætate conſtituti, niſi rationis vſus impedimentum obſtet, ad ſacram communionem, præmiſſa confeſſione ſacramentali, admitti valeant, & aliquando etiam ante id tempus, ſi modo parochi vel confeſſarij tantam capacitatem in ætate deprehenderint, vt ita expedire iudicent.

In vtriuſq. ſexus pueris ętas diſcretionis ad ſacramentorũ confeſſionis & cõionis perceptionem requiritur.

Qua ætate poſſint vtriuſq. ſexus pueri ad ſacram cõionem admitti.

D. Auguſt. tomo 1. lib. 7. cõfeſſ. c. 10. circa fin.

Cap. 2. De delict. pueror. c. 1. & gl. ibid.

Quo autem ætatis anno ad pænitentiæ ſacrementum accedere quis obligetur, maior eſt difficultas. Quidam enim etiam grandiuſculis peccatum nolebant attribue-

re,

re, niſi poſt decimumquartum ætatis annum, quo pubeſcere incipiunt, & conſequenter non prius ad confeſſionem peccatorum eos teneri ſentiebant, quod certe credi poſſet, ſi præter carnis peccatum nullum aliud exiſteret delictum: at cum furta, mendacia, periuria ſint peccata, ac in puerilem ætatem etiam cadant, confitenda ſunt ſacerdoti, ſi quidem eis diuina offenditur maieſtas, & puniri etiam in pueris poſſunt, quamuis vt habet ſacer canon leuius, quàm in maioribus: vnde recte gloſſa ait ibidem; Pueri doli capaces peccare poſſunt in multis, & puniri debent, ſed non in tantum ſicut maiores, & ita peierare poſſunt. Item omne delictũ cadit in puerum præter delictum carnis. Quod ſi ſtatuẽdum ſit, quo ætatis anno pueri peccatorum confeſſionem inchoare debeant, dicemus ex quorundam ſentẽtia pueros anno ſeptimo ad confeſſionem obligari, quia tũc ſint doli capaces, ita vt mentiri & verum dicere, confiteri & negare poſſint, vt bene inquit D. Auguſtinus in epiſtola ad Renatum Epiſcopum. Alij etiam prius exiſtimãt id fieri oportere, cum pueri etiam in minori ætate cõſtituti peccando diuinam offendant maieſtatem, vt manifeſtiſſime docet exemplum D. Gregorij in dialogis de puero quinque annorum, qui iurans, & deteſtãs, & blaſphemans à diabolo raptus eſt: id quod certe non eueniſſet, niſi in puero peccandi malitia extitiſſet. debent itaque & pueri quinque annorum de peccatis ſuis pænitere, ea ſacerdoti confitendo, vt ſi quæ commiſerunt, æternam mortem euadant. Proinde omnibus animarum curam gerentibus ſerio mandamus, vt parochianos ſibi commiſſos admoneãt, præſertim Quadrageſimali tempore, vt filios vtriuſq. ſexus quintum annum attingentes ad confeſſionem adducant, quatenus de peccatis pænitere, & ea confiteri addiſcant. Quin etiam ſi malitia ætatem præueniſſe dignoſcatur ante quintum annum quoque introduci poſſunt ad confeſſionem faciendam, id quod parentum, & aliorum, ſub quorum imperio

&

Quo ætatis anno pueri ad pænitentiæ ſacramentum obligentur.

Alarum rectores gregẽ ſibi cõmiſſum admoneant, vt filios vtriuſq. ſexus quintũ attingẽtes annũ ad cõfeſſionem adducant.

& cura viuunt, iudicio ac diſcretioni relinquitur.

DE OBLIGATIONE VTRIVSQVE ſexus fidelium ad diſcendum, & ſciendum ea quæ cunctis Chriſtianis ſunt ad ſalutem neceſſaria: & confirmationis ſuſceptione.

CONSTITVTIO III.

Cap. 1. Marc. 14. QVoniam Saluator noſter Ieſus Chriſtus nobis traditum reliquit, quòd quicunque crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur: non enim In c. 28 Matth. poteſt fieri (vti etiam notat D. Hieronymus) vt corpus baptiſmi recipiat ſacramentum, niſi ante anima fidei ſuſceperit veritatem: rurſus admonendos vtriuſque ſexus homines diœceſis noſtræ duximus, vt pueros, ac puellas ſub cura ac regimine ſuo exiſtentes, vbi ad annos capacitatis peruenerint, fidei articulos, & alia ad ſalutem neceſſaria edoceri procurent. Quinetiam ſi ipſimet ignorent, ea quamprimum addiſcere ſatagant, vt credenda vere credere valeant, alioqui ſi in huiuſmodi ignorantia moriantur, ſaluari non poſſunt: licet enim in ſacro baptiſmate, vt idonei & capaces ad id ſuſcipiendum redderentur, per os non proprium ob impotētiam, ſed patrinorum os maternum Eccleſiæ referentium crediderint, & ſatanæ ac mundo renunciarint, atque ita baptizati fuerint, niſi etiam ipſimet, cum ad idoneam ætatem peruenerint, re ipſa credant, fieri non poteſt, vt eis virtus baptiſmi proſit: ait enim Saluator: Qui vero non crediderit, condemnabitur. Hinc ait D. Auguſtinus de baptiſmo paruulorū, quod & habetur de conſecr. diſt. 4. c. 138. Paruuli fideles recte vocantur, quia fidem per verba geſtantium quodammodo profitentur,

Admoneantur vtriuſq. ſexus homines, vt pueros ac puellas, vbi ad annos capacitatis peruenerint, fidei articulos, & alia ad ſalutē neceſſaria edoceri procurent.

Quinimo & adulti ipſi ad ſalutem neceſſaria ignorātes, ea addiſcere ſatagāt, vt credenda vere credere valeant.

Qui non crediderit, condēnabitur

& per eorũdem verba diabolo & mundo abrenunciant. Et hoc fit vi ſacramenti, & diuinæ gratiæ, quam Dominus donauit Eccleſiæ. Paruulus autem, qui baptizatur, ſi ad annos rationabiles veniens, non crediderit, nec ab illicitis abſtinuerit, nihil ei prodeſt, quod paruulus accepit, ſacrum ſcilicet baptiſma, vt ibidem optime notat gloſſa: Vnde illud nobis maxime probatur, quod in opuſculo quodam aureo, ſub nomine Methodi confeſſionis edito, legimus; teneri vnumquemque ad fidem, quam pro eo in baptiſmo ſanctæ Eccleſiæ ſponderunt luſtrici parentes: nec debere ei adminiſtrari venerabile ſacramentum Euchariſtiæ, donec decẽ præcepta legis, & duodecim articulos fidei didicerit. Hinc ait optime D. Thomas 2.2.q.2.art.8. Ad credẽdum expreſſe Trinitatis myſterium ante Chriſtũ maiores obligabantur; implicite autem minores: poſt Chriſtum vero incarnatum tempore gratiæ ad credendum hoc explicite tenentur omnes, tam minores, quàm maiores. Et art. 5. inquit: Quantum ad fidei articulos neceſſarium eſt homini ad ſalutem fidem explicitam ab eodem haberi: quo vero ad alia in litteris ſacris contenta, ſufficit fides implicita, niſi ſciat ea ibi contineri.

Paruulis parũ ꝓdeſt quod in baptiſmate acceperũt, ſi ad annos rõnales venientes nõ crediderint, & ab illicitis nõ abſtinuerint.

In expoſ. 1. præcepti Decalogi. §. in fidalitas.

Quiſq. tenetᷣ ad fidẽ quã patrini ꝓ eo in baptiſmate ſpoponderunt.

Ad ſanctiſſimæ Trinitatis myſterii credendũ explicite tenentur oẽs poſt Chriſtũ natum.

Neceſſarium eſt homini ad ſalutẽ articulos fidei ſcire explicite.

Quia vero impoſſibile eſt vt quiſquam credat, niſi teneat quæ credenda ſunt, eam ob rem ex curæ noſtræ paſtoralis officio, ne pro neceſſaria ad ſalutem ignorantibus nosipſi aliquando ſi opportunis remediis defuerimus, ſummo iudici Deo arctam rationem reddere cum periculo noſtro cogamur, dicente Apoſtolo: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilãt, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris; omnia nobis tentanda duximus, vt multi etiam in ſimili ætate conſtituti fidei articulos, decemq. Decalogi præcepta ignorantes eo reducantur, vt quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt addiſcentes credant, & credendo ſaluentur. Quare præter inſtitutionem doctrinæ Chriſtianæ, quam iam eandem ob cauſam introduximus, ſerio etiam præ-

Paſtoribus obediẽ tenẽtur oẽs cũ ipſi peruigilent, quaſi rõnem reddituri ꝓ aĩabus ſibi commiſſis.

Heb. 13

V ſenti

ſenti noſtra conſtitutione ordinamus, in hac Ciuitate cathedrali reuerẽdis nobis dilectis Archidiacono, decano, primiceriis, theſaurario, & nonnullis aliis ex canonicis, & alibi per diœceſim Archipresbyteris, vt conuocatis primiceriis, parochis, aliiſque animarum curam habentibus ſui diſtrictus ineant conſilium, adhibitis, etiam aliquibus ex laicis ſenioribus, de confraternitate doctrinæ chriſtianæ iuxta ſummorum Põtificum Pij V. & Gregorij XIII. conſtitutiones, tum in hac Ciuitate cathedrali, tum etiam in quolibet Archipresbyteratu inſtituenda, quam poſt maturam deliberationem ſtatim erigi procurent, atq. ea omnia obſeruari, quæ iuxta prædictas conſtitutiones Apoſtolicas in mandato noſtro Anno M. D. LXXXV. in menſe Iunio publicato, & in ſynodo Argentij poſtmodum habita confirmato diffuſe ſatis continentur. Quòd ſi quis parochorum aut aliorum curam animarum habentium temporibus ac locis debitis doctrinam Chriſtianam docere neglexerit, per ſingulas vices pœnam vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ incurrat ad vſus pios ipſarum confraternitatum arbitrio noſtro applicandarum.

Renouatur mandatum de inſtitutiõe cõfraternitatis doctrinæ Chriſtianæ in cathedrali, & omnibus parochialib. diœceſis.

Pœna contra parochos doctrinã chriſtianam temporib. debitis in parochiis docere negligentes.

Cap. 2. Volumus autẽ vt vnuſquiſq. parochus omniũ vtriuſque ſexus puerorum parochiæ ſuæ intra quintũ annũ, & decimũquartũ exiſtentiũ nomina ſcripto conſignata habeat, vt abſentes notari atq. à parẽtibus ſeu iis, qui curã habent ipſorũ, puniri & cõpelli curentur. Quòd ſi parẽtes, vel alij, ſub quorum cura ſunt, à parochis competenter admoniti doctrinæ Chriſtianæ intereſſe negligentes non correxerint, vel eis acceſſum ad eam diſcendã prohibuerint, aut quomodocunque impedierint, eos parochi quamprimũ excommunicationẽ latæ ſententiæ anno ſuperiori de menſe Iulio à nobis propterea publicatam incurriſſe verbo in inter miſſarũ ſolemnia & ſcripto ad valuas eccleſiæ affixo incurriſſe declarent, ſeruatis prius ſeruãdis. Si vero aliq. ſupra decimũquartũ annũ extiterint in quacunq. ætate conſtitui, qui articulos fidei & alia ad

Puerorũ vtriuſq. ſexus nõia intra 5. & 14 eorũ ętatis annum in ſcriptis habeãt parochi, vt abſẽtes ab exercitio doctrinæ Chriſtianæ puniri & compelli poſſint.

Si parentes, vel alii ſub quorum cura aliq. vtriuſq. ſexus pueri exiſtũt à parochis cõpetẽter admoniti doctrinę Chriſtianæ intereſſe negligentes non correxerint, aut quomodocunque eo ire impedierint, eos parochi ſeruatis ſeruandis excõicationem incurriſſe publicẽt.

Parochi ſi quos ſupra 14. eorum ætatis annũ ſciãt q articulos fidei & alia ad ſalutẽ neceſſaria ignorant moneant vt illa addiſcant.

ſalutẽ neceſſaria ignorẽt, quorũ numerũ non eſſe exiguũ veremur, mandamus parochis & curã animarũ habentibus prædictis ſub pœna nobis bene viſa, vt de talibus diligenter inquirant, eoſq. non modo in cõmuni diebus feſtiuis inter miſſarum ſolẽnia nullo nominatim expreſſo, ſed priuatim etiam quemque admoneãt, vt ſaltẽ quæ ad ſalutẽ ſunt neceſſaria, prout in ſupradicto mandato noſtro continetur, omnino addiſcant, ſi cũ pueris doctrinæ Chriſtianæ diebus feſtiuis intereſſe erubeſcunt. Quòd ſi qui vtriuſque ſexus propriæ ſalutes immemores ad monitione huiuſmodi contẽpta ea addiſcere recuſauerint, nobis aut vicario noſtro generali eorũ nomina deferant, vt ſeuerioribus remediis ad id quod vltro præſtare nolũt cogi poſſint. Interimq. tales non ſolũ ad ſacrum fontem, confirmationemue quempiam tenere, vel matrimonium contrahere, ſed etiam à peccatis præterquam in mortis articulo, ſine noſtra licentia, abſolui non poſſint: nõ ſunt enim ſalutis capaces, qui quæ ad ſalutẽ neceſſaria ſunt, ignorant, & ea addiſcere renuunt.

Seueriora remedia adhibeantur contra denunciatos renuẽtes addiſcere quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt.

Admoneant etiam parochi ſuos vtriuſq. ſexus parochianos, pueros baptizatos vbi ad ætatem debitam excreuerint, ad ſuſcipiendum confirmationis Sacramentũ eſſe adducendos, vt perfecti fiant Chriſtiani: quamquam verò non ſemper rationabilem ætatem ſiue annos (vt vocant) diſcretionis expectandos eſſe quibuſdam placet: ſecurius tamen eſt, vt ante ſeptimum annum (niſi forte malitia annos præuenerit) non adducantur. Cap. 1.

Baptizatos adducendos eſſe ad Sacramentum confirmationis cum ad ætatem debitã excreuerint id qđ vt fiat parochi populũ admoneãt.

DE OBSERVATIONE DIERUM *feſtorum & ieiuniorum.*

CONSTITVTIO IIII.

Via ad aures noſtras peruenit, edictum noſtrũ de diebus feſtis ſuperiori anno promulgatũ à quibuſdã parochis executioni debite non demãdari, hincq. fieri, vt populus ex ignorãtia aliquando dies feſtos non Cap. 1.

ſtos non ſanctificet, omnibus curã animarũ habentibus mãdamus ſub pœna quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ, iuxta ſtatuta diœceſana, quã toties incurrãt, quoties officium hoc neglexerint facere, vt ſingulis Dominicis omnes dies feſtos per hebdomadam occurrentes, ſiue ſint de præcepto Eccleſiæ, ſiue de conſuetudine loci, inter miſſarum ſolemnia populo pronuncient.

Parochi dieb. dñicis publicẽt dies feſtos p hebdomadã obſeruandos, ſiue de pcepto ſiue de conſuetudine fuerint.

Cap. 2. Quoniam in eodem edicto conceſſimus, vt edulia neceſſaria tam ad victum communem cuiuslibet diei feſti extra miſſarum celebrationem, quàm pro infirmis omni tempore licite vendi poſſint, comperimusq. aliquos ea conceſſione abuti, tum edulia non neceſſaria, tum etiam modo non debito vendendo, ad tollendum huiuſmodi abuſum exprimemus hic, iuxta antiqua ſtatuta diœceſana, quæ edulia die feſto, & quo modo vendi poſſint. Quouis die feſto poſt miſſarũ celebrationem ad communem omnium victũ vendi poſſunt panes, cuiuſcunq. generis olera, ſiue omnis generis herbæ, oua, caſei, oleum, & carnes, quæ tamen proxime præcedenti die feſtiuo, mactatæ, ac præparatæ ſint, neque enim die feſto animalia mactare licet. Ianuas autem tabernarum, in quibus res huiuſmodi venduntur, ſemiclauſas retineri volumus, id quod etiam obſeruetur ab apothecariis, qui medicamina, & alia ſimilia indigentibus, præſertim infirmis vendunt. Quicunque vero contra hæc fecerit, pœnam quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ, ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarum ipſo facto incurrat.

Quę edulia in die feſto & quo vẽdi poſſint declarat.

Cap. 3. Quia in eodem mãdato contra violatores dierum feſtorum præter excommunicationem alias etiam pœnas arbitrio noſtro reſeruatas tulimus, propter rationabiles cauſas animum noſtrum mouentes, has etiam hoc loco exprimendas duximus, iuxta vetera ſtatuta diœceſana. Præcipimus itaque ſub pœna quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ arbitrio noſtro ad pios vſus applicandarum omnibus opificibus, tabernariis, operariis, labo-

Notantur pœnæ cõtra dierũ feſtorum violatores.

laboratoribus & aliis ſimilibus, ne diebus Dominicis & aliis feſtis de præcepto Eccleſiæ, vel conſuetudine loci pro ſolennibus indictis laborare, ſeu quodcunque illicitum opus exercere, aut alios ad id faciendum inducere præſumant: nam qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.

Molitores nō niſi imminēte neceſſitate poſt miſſas diebus feſtis molere poſſūt, & q. bus feſtis diebus oīno eis interdr.

Similiter ſub eiſdem pœnis excommunicationis, & Cap. 4. quinquaginta librarum ceræ nullus molitor prædictis diebus Dominicis ac feſtis, niſi poſt miſſarum celebrationem imminente neceſſitate molere poſſit, præterterquam diebus ſolennibus, Natalis Domini, Paſchatis, ac Pentecoſtes, & in die Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis Mariæ, in quibus id fieri omnino prohibemus.

Iudices ac notarij in dieb. feſtis nullum iuridicū actū ad eorū officium pertinentē exerceant.

Sub eiſdem quoque pœnis excommunicationis, & Cap. 5. quinquaginta librarum ceræ, quicunque iudices ac notarij prædictis diebus Dominicis, ac feſtis, nullum actum iuridicum ad officium ſuum pertinentem exercere valeant.

Explicatur diuerſa iō, q̄ in eccleſiis eſt ieiuniorū, ſub quorū noīne comprehendūtur etiam vigiliæ.

Et quia in eodem edicto mandauimus etiam vigilias Cap. 6. vnà cum diebus feſtis populo publicari, cū ſub nomine vigiliarum hic ieiunia intelligantur, atque ieiuniorum in Eccleſia ſit diuerſa ratio, eam hic paucis explicabimus, vt vnicuique verus ieiunandi modus innoteſcat.

Ieiuniorū triplex genus.

Primū genus abſtinere à carnib.

Secundus genus eſt abſtinere à q. buſcunq. lacticiniis, ouis & carnibus.

Tertiū genus eſt abſtinere non ſolum à lacticiniis, verū ēt à cœna.

Explicatio prædictorū triū generum ieiuniorum

Dies ieiuniorum trifariam diſtribuuntur: quidam enim ſunt, in quibus ſola carnium abſtinentia requiritur, veluti feriæ ſextæ, & dies ſabbathi, per annum ordinarie occurrentes. Aliqui ad carnium abſtinentiam etiam ouorum ac lacticiniorū priuationē habent adiunctam, veluti ſunt omnes dies Dominici Quadrageſimæ. Alij ſunt, in quibus non ſolum eſus carnium, ouorum, & lacticiniorum prohibetur, ſed etiam cœna interdicitur, ita vt ſemel tantum in die veſci licitum ſit, hyemali quidem tempore circa meridiem, æſtiuo autem poſt nonam: huiuſmodi ſunt omnes dies quadrageſimæ præter ſolos Dominicos, quoad cœnam, non tamen quoad eſum ouorum, lacticiniorum, vel carnium: item omnes

feriæ

feriæ ſextæ, ac dies ſabbathi Quatuor temporum; Similiter omnes vigiliæ Sanctorum ab Eccleſia indictæ. Ieiunia autem huius tertij generis, quæ in hac diœceſi noſtra à parochis edici & ab omnibus obſeruari debent ſunt ſequentia.

Ieiunia tertij generis q̃ edici à parochis & ab oīb. obſeruari debēt.

Omnes dies Quadrageſimæ, exceptis Dominicis, quoad cœnæ abſtinentiam tantum.

Deſcriptio dierū tertij generis ieiuniorum.

Feriæ quarta, ſexta, ac dies ſabbathi Quatuor temporum anni, quæ ſemper incidunt proxime poſt Dominicam primam Quadrageſimæ, poſt dies feſtos Pentecoſtes, poſt exaltationem S. Crucis in Septembri, & poſt feſtum S. Luciæ in menſe Decembri.

Vigiliæ,
- Natalis Domini.
- Matthiæ Apoſtoli.
- Pentecoſtes.
- Natalis D. Ioannis Baptiſtæ.
- Apoſtolorum Petri & Pauli.
- Iacobi Apoſtoli.
- Laurentij.
- Aſſumptionis B. Virg. Mariæ.
- Bartholomæi Apoſtoli.
- Matthæi Apoſtoli.
- Apoſtolorum Simonis & Iudæ.
- Solemnitatis omnium Sanctorum.
- Andreæ Apoſtoli.
- Thomæ Apoſtoli.

Cap. 7. In præmiſſis diebus omnes vtriuſq. ſexus fideles, qui ad annos diſcretionis peruenerunt, ſub præcepto peccati mortalis quoad abſtinentiam carnium, ouorum, & quorumcunque lacticiniorum, ieiunare tenentur, niſi infirmitas actualis obſtet: qui vero annum vigeſimumprimum attigerunt, etiam à cœna abſtinere debent, & licet iuniores ad id ex præcepto non teneantur, bonum tamen eſt, vt ipſi etiam introducantur, quia adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Prou. 22.

Sub p̃repto peccati mortalis tenentur oēs vtriuſque ſexus ieiunare, niſi actualis infirmitas obſtet, q̃ ad annos diſcretionis peruenerint.

Vbi

Vbi dies ieiuniorũ ex recepta loci conſuetudine introducti ſunt, ſeruentur.

Vbi alij præterea dies ſunt ex recepta loci conſuetudine ad ieiunandum introducti, ij quoque in eiſdem locis obſeruandi ſunt. Cap. 8.

Dñicis dieb. dies ieiuniorum tam de p̃cẽpto, q̃ de conſuetudine publicent parochi obſeruandos.

Meminerint autem omnes curam animarum habentes, vt ſingulis diebus Dominicis, dies ieiuniorum tam ab Eccleſia ſub præcepto imperatos, quàm de loci conſuetudine introductos, quemadmodum & dies feſtos per hebdomadam occurrentes populo publicent, atque obſeruandos edicant, denunciata etiam pœna, quam præuaricantes præter peccatum mortale incurrunt. Cap. 9.

Quia vero parum proderit, ſi parochos obſtringamus vt diebus Dominicis & aliis feſtis ſermonem ad populum habeant, dies feſtos & ieiunia de præcepto publicent, futura matrimonia proclament, & alia ſimilia pro ſubditorum ſalute neceſſaria faciant, niſi populus ipſe etiam interueniat: ne ſub ignorantiæ, quæ tamen nimis craſſa eſſet, & non admittenda, prætextu, qua plerique perperam vtuntur, excuſari valeat, iuxta ſacros canones, & antiqua ſtatuta diœceſana mandamus omnibus vtriuſque ſexus ciuitatis ac diœceſis noſtræ annos diſcretionis attingentibus, vt ſaltem diebus Dominicis ad proprias eccleſias parochiales accedant, ibique parochorum ſuorum miſſæ & ſalutaribus monitis vſq. ad finem interſint, imo etiam eos hortamur, vt & aliis diebus feſtis de præcepto eaſdem frequentent, tam vt ſermonem, quem habere ſolet parochus iiſdem diebus, quàm & alia, de quibus populum admoneri interdum opus eſt, audiant, præſertim matrimoniorum publicationem, quæ propterea fit, vt parochianis ea nota eſſe queant. Nec ſe in hoc quiſquam aggrauari exiſtimet, cum libere omnes poſſimus etiam compellere, vt diebus Dominicis, & aliis feſtis proprias eccleſias viſitent, ita enim volunt ſacri canones his verbis: Presbyteri parochiales Dominicis diebus & feſtiuis parochianos alienos ad miſſam admittere non debent, ſi proprio contempto parocho ad eorum eccleſiam pro audienda miſſa accedunt, Cap. 10.

Dñicis diebus ſaltẽ parœciani ad proprias eccleſias accedant integrã miſſam & ſalutaria monita ſui parochi audituri.

De parochiis & alienis parochianis. c. 2 & 9. q. 2. c. in Dñicis.

Seſs.22 in decret. de obſer. & vit. in celebr. miſſæ.

dunt, ſed ad ſuam parochiam redire compellant. Et ſac. concil. Trident. Moneant Epiſcopi populum ſibi commiſſum, vt frequenter ad ſuas parochias ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedant.

Dñicis dieb. preſbyteri parochiales alienos parochianos ad miſſã admittere in contemptũ ꝓprij parochi nõ debeant.

DE CELEBRATIONE Matrimoniorum.

CONSTITVTIO V.

Cap. 8.

ETſi anno 1585. in menſe Septembri ad multa fornicationis & inceſtus flagitia remouenda, quæ ſub futuri matrimonij prætextu committebantur, edictum iuxta ſacri concil. Tridentini & Synodi Prouincialis Beneuentanæ decreta publicauimus: quia tamen experientia compertũ habemus, per negligentiam ſocordiamq. parochorum accidere, vt pleraque adhuc ſcandaloſe ac præter rectum & debitum ordinem in contrahendo matrimonio fiant, ad ea, quæ in prædicto mandato noſtro ſtatuimus obſeruãda, pauca quædam alia remedia pœnalia, iuxta antiqua ſtatuta diœceſana hic adiungere operæprecium duximus. Quare præter ea omnia per nos in dicto mandato circa celebrationem matrimonij contra tranſgreſſores ſtatuta, quæ diligenter & ad vnguem obſeruari, & valida eſſe volumus; mandamus etiam omnibus eccleſiarum rectoribus, vt ſaltem quater in anno, videlicet Dominicis quatuor anni tempora proxime ſequentibus populum ſibi commiſſum inter miſſarũ ſolemnia admoneãt, ne quiſquam ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac trecentarum librarum ceræ albæ elaboratæ ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarum pœnis, temporibus ab Eccleſia prohibitis, quæ ſunt ab Aduentu Domini, vſque ad diem Epiphaniæ, & à Feria quarta cinerum, vſque adoctauam Paſchatis incluſiue nuptias ſolemniter celebrare, ſeu coniugem ſolemniter do-

Parochi ſaltẽ quater in anno populũ ſibi cõmiſſum admoneãt, ne qſquã ſub pœnis, tpibus ab eccleſia ꝓhibitis nuptias ſolẽniter celebrare, ſeu coniugem domum deducere præſumat.

mum deducere præſumat.

Niſi trina proclamatione pręmiſſa & in pręſentia Parochi duobuſq ad minus teſtib. matrimonia fiãt, prɶterquã quòd contractus huiuſmodi irritus decernitur, tranſgreſſores quoque puniuntur.

Similiter quicunque non præmiſſa iuxta ſacrum Concilium Tridentinum trina proclamatione, & non præſente parocho vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia in facie Eccleſiæ, & tribus vel duobus ad minus teſtibus matrimonium contrahere auſi fuerint, præterquam quòd ad ſic contrahendum omnino inhabiles redduntur, & contractus huiuſmodi irriti & nulli eſſe decernuntur; & parochus, vel alius ſacerdos, qui cũ minore teſtiũ numero, & teſtes, qui ſine parocho vel ſacerdote huiuſmodi cõtractui interfuerint, necnon ipſi contrahentęs ipſo facto etiã pœnam quinquaginta librarũ ceræ albæ elaboratæ incurrant arbitrio noſtro ad pios vſus applicandarũ: decernente prædicta ſacroſanctá ſynodo Tridentina huiuſmodi homines grauiter arbitrio Epiſcopi debere puniri. Cap. 2.

Animarum curã gerentes, ſi quos ſuæ curæ commiſſos matrimonio in facie eccleſiæ non coniunctos ſub prætextu matrimonij cohabitare vel ſeſe carnaliter cognouiſſe ſciant, curiæ deferant.

Mandamus etiam omnibus animarum curam gerentibus ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ ipſo facto incurrenda, vt, vbi aliquos curæ ſuæ commiſſos ſub prætextu matrimonij, vel quocunque alio quæſito colore illicite vnà cohabitare, vel ſeſe carnaliter cognouiſſe ſciuerint, eos eueſtigio ad curiam noſtram deferre debeant. Cap. 3.

Requiſiti rectores proclamationes pro matrimonio inter miſſarum ſolemnia facere renuẽtes, qua pœna puniantur.

Similiter iam dicta pœna eoſdem animarum rectores obſtringimus, & obligamus, ſi requiſiti, proclamationes inter miſſarum ſolemnia pro matrimonio aliquorum tempore permiſſo in facie Eccleſiæ contrahendo facere renuerint. Cap. 4.

Parochi habeant librũ in quo coniugũ ac teſtium nomina locũ contracti matrimonij notent.

Habeant etiam ſinguli parochi iuxta concilij Tridentini decretum capit. primo de reformat. matrim. librum peculiarem, in quo coniugum ac teſtium nomina, dieſq. & locus contracti matrimonij notentur, eumque diligenter apud ſe cuſtodiant. Cap. 5.

Hortantur ſponſi vt triduo ſaltem ante matrimonij conſummationẽ ſua peccata confiteantur & communicent.

Poſtremò cùm ſancta ſynodo Trident. coniuges hortamur, vt antequam contrahant vel ſaltem triduo ante matri- Cap. 6.

matrimonij conſummationem, ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pie accedant.

Cap. 7. Quatenus verò hæc omnia, quæ ad veram matrimonij celebrationem explicauimus eſſe neceſſaria, debitam ſortiantur executionem, parochi ipſi, & alij animarum curam habentes, ſaltem ſemel in menſe aliquo die Dominico, inter miſſarum ſolennia populo ea vernaculo ſermone publicare & explanare teneantur.

> Præcipitur curã animarum habẽtibus vt omnia q̃ in ſuperiorib. Capitulis continentur fideliter publicent.

DE PAROCHORUM ALIORUMQ. Beneficiatorum obligatione circa Eccleſiarum miniſterium.

CONSTITVTIO VI.

Cap. 1. SVb pœna vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ omnes curam animarum habentes diebus Dominicis & aliis feſtis, per ſe, vel legitimo detenti impedimento in curia noſtra approbando per alios idoneos, miſſam in Eccleſiis ſuis celebrent, & ſermonem ad populum habeant, aliàs ſingulis vicibus prædictam pœnam incurrant.

> Parochi ſingulis Dominicis & aliis feſtis diebus per ſe vel alium ab ordinario approbandum, miſſas in ſuis parochijs celebrẽt, & ſermonem ad populum habeant.

Cap. 2. Præcipimus omnibus curam animarum habentibus, vt in parochialibus Eccleſiis, pro parochianorum neceſſitate, vbi multi ſunt, ſaltem decem, aut duodecim; vbi vero pauci, ſex ad minus ſacroſanctæ Euchariſtiæ hoſtias ſiue particulas aſſeruent in maiori altari in capſula argentea, cum panniculis mundis corporalium tam ſubtus, quàm deſuper incluſas in medio alicuius decentis tabernaculi lignei deaurati ac firma ſera muniti exiſtente, cuius clauem ſemper apud ſe parochus, vel eius capellanus retineat. Dictæ autem hoſtiæ ſeu particulæ ſaltem bis in menſe mutentur ac renouentur, & habeatur co-

> Sacræ hoſtiæ ſeruari debẽt in parochialibus Euangelijs in capſula argẽtea in medio alicuius tabernaculi deaurati firma ſera muniti exiſtente, cuius claues parochus penes ſe habeat: & bis ſaltem in menſe renouẽtur & corã perpetuo lumen ardeat.

ram lumen perpetuo ardens. Qui contra hæc omnia vel ſingula fecerit, pro qualibet vice pœnam quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ ad pios vſus arbitrio noſtro applicandarum incurrat.

Sacra olea in Paſchate veterib' cõbuſtis renouẽtur, & in vaſis ſaltem ſtagneis in loco decẽti ſacrarij ſera munito aſſeruentur.

Sub eadem pœna iiſdem animarum rectoribus etiam mandamus, vt ſacra olea, videlicet infirmorum, catechumenorum, & ſanctum chriſma, quæ ſingulis annis poſt feriam quintam cœnæ Domini, veteribus combuſtis, renouari debent, noua à cathedralis Eccleſiæ ſacriſta accipiendo, in vaſis diſtinctis & mundis non vitreis, terreis, æreis, cupreis, ſed argenteis aut ſaltem ſtagneis in decenti aliquo ſacrarij loco ſera munito, cuius clauem parochus, vel eius Sacellanus apud ſe retineat, diligenter aſſeruent & cuſtodiant. Cap. 3.

Vaſula catechumenorum & Chriſmatis ſimul coniungi poſſunt, ſi modo diſtincta opercula habeant, oleum autem infirmorũ ſemp̃ in diſtincto vaſculo retineatur.

Duo autem vaſcula catechumenorum & chriſmatis ſimul coniungi poſſint, ſi modo diſtincta opercula ac certis notis ſignata habeant, ne in eorum vſu aliquis error accidat: at oleum infirmorum ſemper in proprio & diſtincto vaſulo retineatur.

Fontẽ Baptiſmalem mundum ſera clauſum cuſtodiri & aquam ſolam ĩ benedictione ĩ Sabbatho ſãcto renouari parochis ſub pœna mandatur.

Similiter eandem pœnam incurrant quicunque animarum curam gerentes, ſi fontem baptiſmalem mundum, tectum, & ſera clauſum, clauem in ſua cuſtodia habentes non conſeruauerint, vel aquam ipſam baptiſmalem ſabbato ſancto, & in vigilia Pentecoſtes ſolemni adhibito benedictione, ac ſanctorum oleorum catechumenorum & Chriſmatis vnctione quotannis non renouauerint. Cap. 4.

Animarum curatis præcipitur, vt librum habeant ĩ cui' parte vna annotẽtur nomina baptizatorum eorumque patris & matris necnõ patrinorum atq. obſtetricum: & in alia confirmatorũ & eorum patrinorum.

Præcipitur etiam omnibus curam animarum habentibus ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ, vt quiſque librum habeat iuxta decretum concilij Tridentini, in cuius parte omnium baptizatorum, eorum patris & matris, necnon patrinorum & obſtetricum; & in alia confirmatorum & patrinorum nomina notentur. Cap. 5. Seſſ. 24 c. 2. de reſ. matrim.

In compatres vel commatres non admittantur plures quaquã vnus vel vna, aut vnus & vna ad ſummum.

Quòd ſi quis aliquorum prædictorum nomina inſcribere neglexerit, ſingulis vicibus, quibus defecerit, vigintiquinque libras ceræ albæ ſoluere teneatur. Sub qua etiam pœna vnum tantũ compatrem, vel vnam comma-

commatrem, aut vnum & vnam ad ſummum in baptiſmo admittant.

Cap. 6. Omnes tam curati, quàm quicunque alij beneficiati, vbi Eccleſiæ poſſeſſionem acceperint, vas lapideum in ea, ſi non adſit, præparari curent, in quo aqua benedicta munde aſſeruetur, & ſingulis diebus Dominicis adhibita benedictione ſolita renouetur. Negligentes pœnæ decẽ librarum ceræ albæ elaboratæ ſubiaceant.

Beneficiati in Eccleſiis vas lapideum vbi non adeſt præparari procurent pro aqua benedicta, quæ ſingulis ſeptimanis ſolita benedictione renouetur & munda aſſeruetẽ.

Cap. 7. Mandatur etiam tam parochis quàm beneficiatis ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ, vt quiſque Eccleſiam ſuam diu noctuque ita cuſtoditam eſſe curet, ne brutis pateat ingreſſus. Ita etiam ſint tecta & feneſtræ accommodatæ, ne pluuia, aut mali homines damnum inferant.

Eccleſiæ diu noctuq. ita cuſtodiri debent ne brutis pateat ingreſſus, & feneſtræ ac tecta ita accommodata ne pluuiæ aut mali homines damnũ inferant.

Cap. 8. Sub eadem pœna præcipitur eiſdem, ne patiantur in Eccleſiis ſuis imaginem alicuius pro Sancto depingi, niſi is à ſancta matre Eccleſia in Sanctorũ numerũ ſit relatus.

Non permittatur depingi in Eccleſiis imago alicuꝰ pro Sancto, niſi relatus ſit à ſancta Eccleſia in Sãctorum numerum.

Cap. 9. Omnes curam animarum habentes, ſaltem ſemel in menſe, aliquo die Dominico inter miſſarum ſolennia parochianos ſuos diligenter admoneant, ne in terris alienis ſine proprij domini licentia vites, oliuas, ſiue quaſcunque alias arbores maxime fructiferas euellere, incidere, comburere, frangere ſeu auferre præſumant, ſub pœna excommunicationis, ſi qui danno illato debite non ſatisfecerint.

Præcipitur parochis vt ſemel ſaltẽ in menſe die Dominico parochianos ſuos diligenter admoneãt ne in terris alienis clã vites ſeu quaſcunque arbores fructiferas euellere, incidere, &c. præſumant, alias excõmunicationẽ incurrent ſi damno non ſatisfecerint.

Cap. 10 Similiter admoneant eoſdem: præſertim in extremo vitæ conſtitutos, vt menſæ Epiſcopali pro incertis male ablatis iuxta cuiuſque conſcientiam quod conuentum eſt, relinquant.

Parochi admoneant conſtitutos in extremis, vt pro incertis male ablatis iuxta conſcientiam quod cõuentũ eſt menſæ Epiſcopali relinquãt.

Cap. 11. Seſs. 23 ca. 1. reform. Omnes curam animarum habentes à reſidentia Eccleſiarum ſuarum abeſſe non præſumant, ſub pœnis à ſacro concilio Tridentino præſcriptis, ſine licentia à reuerendiſs. Epiſcopo obtenta, quæ in ſcriptis gratiſq. concedatur, & non niſi ex graui cauſa, nec vltra bimeſtre tempus. Quandocunq. vero eos cauſa prius per Epiſcopum cognita & probata abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab eodem or-

Curati à reſidentia, non p̃ſumant abeſſe ſine licentiis quæ ad bimeſtre, & gratis concedetur & non niſi ex graui cauſa.

Ad reſidentiam non redeuntes tẽpore pręſcripto ſi per edictum citati contumaces ad huc extiterint pęnis plecti poſsũt.

dem ordinario approbandum cum debita mercedis aſſignatione relinquant. Quòd ſi qui tempore præſcripto nõ redierint,& per edictum citati etiam nõ perſonaliter contumaces fuerint, liberum ſit ordinario iuxta eandem ſynodum Tridentinam eos per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem ac ſubtractionem fructuum,aliaq. iuris remedia etiam vſq. ad priuationem compellere.nec executio hæc quolibet priuilegio,licentia,familiaritate,exẽptione,etiam ratione cuiuſcunq. beneficij,pactione,ſtatuto etiam iuramento, vel quacunq. auctoritate confirmato, conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela cenſenda eſt, ſiue appellatione,aut inhibitione, etiam in Romana curia,vel vigore Eugenianæ Conſtitutionis ſuſpendi poſſit.

Quoniam vero comperimus quoſdam animarum curã habentes reſidere quidem in locis Eccleſiarum ſuarum, ſed munia parochialia per alios & non perſonaliter exercere, contra diſpoſitionẽ ſacrorum Canonum,præſertim concil.Tridentini,per quos reſidentia perſonalis eam ob cauſam potiſſimum imperatur, vt curati perſonaliter ſacroſancta Eccleſiæ ſacramenta & alia ad ſalutem animarum, quarum curam habent, neceſſaria miniſtrent,mandamus ſub eiſdem pœnis à ſacro concilio Tridentino contra nõ reſidentes ſtatutis, omnibus curam animarum habentibus, vt non modo in propriis Eccleſiis reſideant, ſed munia etiam parochialia perſonaliter exerceant;parochianorum ſuorum confeſſiones audiendo; ſacroſanctam Euchariſtiam ſaltem ſemel in anno, videlicet tempore Paſchali,exhibendo verbum Dei; diebus Dominicis ac feſtis proponendo;neceſſaria ad ſalutem docendo; omnia ſacramenta,cum opus eſt,miniſtrãdo, infirmis de ſpiritualibus remediis prouidendo; defunctos in Dño ſepeliendo,& alia ſimilia præſtando,quæ ad huiuſmodi coram parochialem neceſſario ſpectant:niſi quis infirmitatis, aut alio legitimo impedimento detineretur per curiam Epiſcopalem approbando: quo caſu poſſit per alium idoneum Cap. 12.

Parochi non ſolũ reſideant,ſed per ſeipſos munia parochialia exerceant niſi infirmitate detẽti aut alio legitimo impedimento ab ordinario approbando.

idoneum, ab ordinario tamen approbandum, huiuſmocuram exercere cum debita mercedis aſſignatione. Decretum autem Concil. Trident. ſuper hoc editum eſt huiuſmodi: Inferiora beneficia eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſeipſos curam ipſam exercere valeant, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij in Lateranenſi, quæ incipit: Quia nonnulli. & aliam Gregorij decimi in generali Lugdunenſi Concilio, quæ incipit: Licet canon. editam conferantur. Aliter autem facta collatio, ſiue prouiſio omnino irritetur: & ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, quæ incipit: Graue nimis. ſe nouerit incurſurum. Et §. ſeq. Quia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, dignitates diuerſas eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales, contra ſacrorum canonum inſtituta nituntur accipere, vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum: ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus. Cum igitur eccleſia vel eccleſiaſticum miniſterium cõmitti debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſam valeat exercere. Quòd ſi aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra ſacros canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur.

Seſſ. 7. c. 3. ref. §. 1.

Ex eod. c. §. 2. & hF in decretal. de cler. non reſid c. 3.

Nonnulli plures dignitates vel eccleſias curatas habere nitebãtur id ne de cetero fiat, diſtrictius inhibetur.

Eccleſiaſticũ miniſteriũ cũ cõmitti debuerit q̃ratur pſona q̃ reſidere, & p ſe curã exercere valeat, aliàs collatio erit nulla, & collator largiendi poteſtate priuatus.

Cap. 13 Omnes ſacerdotes & clerici beneficiati cuiuſcunque ſint gradus, vel conditionis ſub pœna vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ teneantur ſatisfacere obligationi ſuorum beneficiorum, ſiue illa ſint ſacella, ſeu oratoria, ſiue legata, aut iura patronatus, in eccleſiis & temporibus debitis per ſe vel per alios ſacerdotes idoneos, præſertim ſi ipſi non ſint in ſacerdotio conſtituti, miſſas celebrando, & alia omnia præſtando, quæ ex debito fundationis vel viſitationis mandato tenẽtur: aliàs ſingulis vicibus, quibus contra hæc deliquerint, prædictam pœnam incurrant.

Beneficiati per ſe vel alios obligationib. ſuorũ beneficior. ſatiafacere tenentur, & ſfacientium pœnæ.

L Recto-

Rectores eccleſiarũ vllũ ſacerdotẽ aduenã ẽt regularẽ admittãt ad celebrandũ in eccleſiis ſuis abſq. licẽtia ſui Epĩ, vel ſuperioris à vicario loci approbanda.

Rectores eccleſiarum, ſacellorum, oratoriorum, aut patroni tam ſeculares, quàm clerici cuiuſcunque ſint ordinis, & ſtatus, nullum ſacerdotem aduenam etiam regularem in ſuis eccleſiis, ſacellis, oratoriis miſſam celebrare permittant, niſi Epiſcopi ſui, vel ſuperioris licentiam præſentauerit, à Reuerẽdiſſimo ordinario, vel eius Vicario generali in ciuitate cathedrali, alibi vero à vicario foraneo loci pro tempore exiſtente approbatam. Cap. 14

Vicarius loci licẽtiã huiuſmodi ꝓ vna vice tm̃ dare poteſt, multo minus ſacramenta miniſtrandi.

Vicarij autem foranei approbatio huiuſmodi ad celebrandum pro vna vice tantum extendatur, & multo minus ſacramenta adminiſtrare, niſi à Reuerendiſſimo ordinario fuerit approbatus, & ſpecialiter in ſcriptis ad id admiſſus. Contrauenientes, iuxta vetera ſtatuta diœceſana, ſi ſint ſeculares, excommunicationi latæ ſententiæ ipſo facto ſubiaceant; ſi vero clerici, pœnam vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ incurrant.

Beneficiis curatis dignitatibus, ſeu collegiatis eccleſiis vnitis deputẽtur vicarij ꝑpetui cũ fructuũ portione, vt alarũ cura laudabiliter exerceatur.

Quia comperimus exiſtere nonnulla curata beneficia in hac noſtra diœceſi, quæ cathedrali, collegiatis, monaſteriis, aliisq. eccleſiis, necnon quibuſdam dignitatibus perpetuo vnita ſunt, nec eis debite prouideri, mandamus circa ea ſacri concil. Trid. decretum inuiolabiliter obſeruari, quod eſt huiuſmodi: Beneficia eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, ſeu aliis eccleſiis vel monaſteriis, beneficiis ſeu collegiis, aut piis locis quibuſcunque perpetuo vnita, & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur, qui ſolicite prouidere procurent, vt per idoneos vicarios etiam perpetuos, niſi ipſis ordinariis pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuũ, aut maiori, vel minori, arbitrio ipſorum ordinariorum, portione etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidẽ deputandos & animarum cura laudabiliter exerceatur: Appellationibus, priuilegiis, exeptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcunque in præmiſſis minime ſuffragantibus. Cap. 15. Seſſ. 7. c. 7. ref.

Quia

Cap. 16. Quia intelleximus in quibuſdam diœceſis noſtræ locis nocturno tempore conciones ad populum & ſpectacula, ſeu actiones ſpirituales haberi in eccleſiis præſertim Quadrageſimali tempore, & ratione cum temporis, tum loci multum periculi & ſcandali aliquando ſubeſſe, ne poſthac aliquid ex eo contingat, vnde prauum ſumi poſſit exemplum, ordinamus ſub pœna excommunicationis, vt conciones & actiones huiuſmodi, quæ in eccleſiis fieri ſolent, interdiu exhibeantur, & concio, quam de Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti fieri moris eſt, ſi feria quinta hebdomadæ ſanctæ veſperi poſt matutinum habeatur, ne primam horam noctis excedat, ſi vero feria ſexta mane, ne ante aurorã inchoetur.

Cõciones ad populũ, ſeu ſpectacula, & id genus alia ne fiãt nocturno tẽpe, & contio de paſſione Dñi qua hora fieri debeat.

DE PROMOVENDIS AD beneficia curata & non curata.

CONSTITVTIO VII.

Cap. 1. Conci. Tridẽt. ſeſſ. 23 c. 6. ref.

NVllus autem, licet prima tõſura fuerit initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, beneficium obtineat ante decimum quartum ſuæ ætatis annum.

Licet prima tõſura initiatus q̃a fuerit, attamen ante decimũ quartum ſuæ ætatis annũ, beneficium obtinere non poteſt.

Cap. 2. Nullus clericus cuiuſcunque ordinis, ſtatus, & conditionis per ſe vel per alios alicuius beneficij poſſeſſionem ſine iuſto titulo, & bullis prius expeditis accipere præſumat, ſub pœnis priuationis eiuſdem beneficij, & carceris per menſem, aliiſq. prout Reuerendiſſimo ordinario videbitur.

Poſſeſſionẽ beneficij accipere nullus p̃ſumat abſq. iuſto titulo & bullis prius non expeditis.

Cap. 3. Clericus cuiuſcunque ordinis, vel conditionis exiſtat, cui à Reuerendiſſimo ordinario beneficium aliquod in menſe ſuo vacans collatum fuerit, infra menſem bullas collationis accipere teneatur, ſub pœna priuationis ipſius beneficij etiamſi inueſtituram habuiſſet. Idem etiam obſeruetur cum iis, qui per præſentationem patronorum beneficia obtinent.

Beneficiũ obtinẽs ab ordinario ẽt ad patronorũ p̃ſentationem infra mẽſem à collatione bullas expediat.

Prouiſi de beneficiis curatis poſt adeptã poſſeſſionẽ infra duos mẽſes ad minus in manibus ordinarij fidei profeſſionẽ facere tenẽtur.

Cap. 4. Concil. Tridẽt. ſeſſ. 24 c. 12. re form. cit. me.

Prouiſi de beneficiis quibuſcũque curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus intra duos menſes, in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, ſeu officiali orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere profeſſionem, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent. Prouiſi autem de canonicatibus & dignitatibus in eccleſiis cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſupra, fructus non faciant ſuos: nec illis poſſeſſio ſuffragetur. Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, niſi qui eo ordine ſacro aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit: aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum initiari valeat. Fidei autem profeſſionis formula ad finem horum ſtatutorum adiecta eſt.

Prouiſi de canonicatib. infra eũdẽ terminũ corã ordinario & capitulo ſimilẽ pſeſſionẽ facere tenẽtur.

Cap. 5. Seſſ. 24. c. 18. re form.

Quo autem modo curatis eccleſiis, cum vacauerint, prouideri debite oporteat, habemus ex ſacro concilio Tridentino his verbis: Expedit maxime animarum ſaluti, à dignis, atque idoneis parochis gubernari. Id vt diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit ſancta Synodus, vt cum parochialis eccleſiæ vacatio, etiamſi cura eccleſiæ vel Epiſcopo incũbere dicatur, & per vnum, vel plures adminiſtretur, etiam in eccleſiis patrimonialibus, ſeu receptiuis nuncupatis, in quibus conſueuit Epiſcopus vni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infraſcriptum examen teneri mandat, per obitum, vel reſignationem, etiam in curia, ſeu aliter quomodocunque contigerit, etiam ſi ipſa parochialis eccleſia reſeruata, vel affecta fuerit generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti, ſeu priuilegij in fauorem Romanæ Eccleſiæ, Cardinalium, ſeu Abbatum, vel Capitulorum: debeat Epiſcopus ſtatim habita notitia vacationis eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium

rium cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis aſſignatione, conſtituere, qui onera ipſius eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de rectore prouideatur. Porro Epiſcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus, ab Epiſcopo præſcribendum, idoneos aliquot clericos ad regendam eccleſiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum ſit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſſit poſtea de cuiuslibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio. Et ſi Epiſcopo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari.

> Habita notitia vacationis curatę eccleſiæ Epa vicariũ conſtituat, ſi opus eſt, q onera eccleſiæ ſuſtineat, donec pſpectũ fuerit de idoneo rectore.

> Per publicũ edictũ vocentur, qui volent examinari p obtinenda curata eccleſia.

Tranſacto conſtituto tempore, omnes qui deſcripti fuerint, examinentur ab Epiſcopo, ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quàm tribus, quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, vel eius Vicarius, quibus magis videbitur.

> Trãſacto ſtatuto tpe deſcripti examinentur.

Examinatores autẽ ſingulis annis in diœceſana Synodo ab Epiſcopo vel eius Vicario, ad minus ſex proponantur, qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. Adueniente que vacatione cuiuslibet eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiãt: indeque ſuccedente alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis ſex eligat. Sint vero hi examinatores, Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure Canonico, vel alij clerici, ſeu regulares etiam ex ordine mendicantium; aut etiam ſeculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentque omnes ad ſancta Dei Euangelia, ſe, quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros. Caueantque, ne quidquam prorſus occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt accipiant: alioqui ſimoniæ vitium tam ipſi, quàm alij dantes incurrant: à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis benefi-

> Examinatores ſex ſingulis annis in Synodo ad minus eligantur.

> Adueniente vacatione tres ex illis eligat Eps, q cum eo examen perficiant.

> Examinatores quales eſſe debẽ

Nec ante nec poſt prędicti examinatores quicquam occaſione examinis accipere valẽt & qua pœna plectantur contra facientes.

ciis, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant:& ad alia inpoſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolum coram Deo,ſed etiam in ſynodo prouinciali,ſi opus erit,rationem reddere teneantur: àqua,ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri poſſint. Peracto deinde examine, renuncientur, quotcunque ab his idonei iudicati fuerint,ætate moribus,doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis. Ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit: atque illi; & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre.

Qui idonei indicati ſunt ad gubernandam vacãtem Eccleſiã Epiſcopo nuncietur, exquibus eligant quem magis idoneũ iudicauerit, cui collatio ab eo ad quem ſpectat fiat,& non alteri.

Patronus ſi Eccleſiaſticus fuerit digniorẽ ex approbatis eligat & Epiſcopo præſentet vt inſtituatur.

Si vero iuriſpatronatus Eccleſiaſtici erit: ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat:is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, vt ab eo inſtituatur.

Cum vero inſtitutio ab alio quàm ab Epiſcopo erit facienda: tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat.

Si vero patronus fuerit ſecularis ab eo pręſentatꝰ & ab examinatoribus idoneus repertꝰ admittatur & non aliter.

Quod ſi ius patronatus laicorum fuerit, debeat qui à patrono præſentatus erit ab eiſdem deputatis, vt ſupra examinari,& non, niſi idoneus repertus fuerit, admitti.

Non alteri quàm vni ex examinatis & approbatis vacantis Eccleſiæ collatio fiat, nec vlla appellatio impediat quo minus relatio examinatorum executionem habeat.

Vicarius vacanti Eccleſiæ deputatꝰ ab Epiſcopo ad tempus non amoueatur ab adminiſtratiõe donec ſit Eccleſiæ de Rectore prouiſum.

In omnibusq. ſupradictis caſibus non cuiquã alteri ꝙ vni ex prædictis examinatis,& ab examinatoribus approbatis,iuxta ſupradictã regulam,de Eccleſia prouideatur: nec prædictorũ examinatorũ relationẽ,quo minus executionẽ habeat,vlla deuolutio, aut appellatio etiam ad ſedem Apoſtolicam,ſiue eiuſdẽ ſedis Legatos,aut Vicelegatos, aut Nuntios, ſeu Epiſcopos aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas, interpoſita impediat aut ſuſpendat: alioquin Vicarius, quem Eccleſiæ vacanti antea Epiſcopus arbitrio ſuo ad tempus deputauit vel forſan poſtea deputabit, ab eius Eccleſiæ cuſtodia, & adminiſtratione non amoueatur, donec aut eidem, aut alteri qui probatus, & electus fuerit, vt ſupra, ſit prouiſum:

aliàs prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones, præter prædictam formam factæ ſubreptitiæ eſſe cenſeantur: non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegiis, præuentionibus, affectionibus, nouis prouiſionibus, indultis conceſſis quibuſcunq. vniuerſitatibus, etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcunque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ parochialis fuerint, vt totius huius examinationis operam non ferant: aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubiicere: aut ob apertas factiones ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile grauiores rixæ ac tumultus poſſint excitari: poterit ordinarius, ſi pro ſua conſcientia cum deputatorum conſilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, priuatum aliud examen, cæteris tamen, vt ſupra, ſeruatis, adhibere. Licebit etiam ſynodo prouinciali, ſi qua in ſupradictis circa examinationis formam addenda, remittendaue eſſe cenſuerit, prouidere.

In collatione curatę Eccleſiæ ordinarius cum deputatis, ſi expedire iudicauerint, poſſunt examen priuatum ex cauſa adhibere.

Cap. 6. Seſſ. 7. c. 3. ref. ſ. 3.

Cuius vero ætatis & qualitatis eſſe debeat ad curatam Eccleſiam promouendus, idem conc. Trident. ita decreuit. Licet Canon à fœlicis recordationis Alexandro Papa tertio, prædeceſſore noſtro editus, inter cætera ſtatuerit, vt nullus regimen Eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi vigeſimumquintum ætatis annum attigerit, ac ſcientia & moribus commendandus exiſtat: quòdque talis ad regimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus, non fuerit præfixo à Canonibus tempore in presbyterum ordinatus, à regiminis eiuſdem amoueatur officio, & alij conferatur. Quia tamen in obſeruatione canonis memorati ſe multi exhibent negligentes, nos periculoſam illorum negligentiam volentes iuris executione ſuppleri, præſenti decreto ſtatuimus, vt nullus ad regimen parochialis Eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate. Decernentes collationes de parochialibus Eccleſiis iis, qui non attigerint vigeſimumquintum annum de cætero faciendas, viribus omnino carere. Is etiam qui ad huiu-

Promouendus ad curatam Eccleſiã cuiꝰ ætatis & qualitatis eſſe debeat.

Promotus ad curatũ beneficium ſi in præfixo termino à iure non fuerit in presbyterũ ordinatꝰ, qua pœna puniatur.

Collationes parochialiũ eccleſiarũ ne fiant, niſi his q. xxv. ætatis ſuæ annũ attigerint, aliàs viribus careant.

Promoti ad curatas eccleſias pſonaliter reſidere tenẽtur, vt gregis ſibi crediti diligẽtius curam habeant.

huiuſmodi regimen aſſumetur, vt gregis ſibi crediti diligentius curam quærere poſſit, in parochiali eccleſia, cuius rector is extiterit reſidere perſonaliter teneatur. Et inter annum à ſibi commiſſi regiminis tempore numerandum ſe faciat ad ſacerdotium promoueri. Quòd ſi intra idem tempus promotus non fuerit eccleſia ſibi commiſſa (nulla etiam præmiſſa monitione) ſit præſentis conſtitutionis auctoritate priuatus.

Cũ rõnabili expoſcẽte põt ordinarius ſuper reſidẽtia gratiã diſputationis ad tempus facere.]

Super reſidentia vero (vt præmittitur) facienda, poſſit ordinarius gratiam diſpenſationis ad tempus facere prout cauſa rationabilis id expoſcit. Et ſeſſ. 24. cap. 12. refor. Cum dignitates in Eccleſiis, præſertim cathedralibus, ad conſeruandam augendamq. eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ: vt qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliis exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera, & officio iuuarent; merito qui ad eas vocantur tales eſſe debent, qui ſuo muneri reſpõdere poſſint. Nemo igitur deinceps ad dignitates quaſcunque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem xxv. ſuæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendũ neceſſaria, ac morum integritate commendetur, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij in concil. Lateranenſi promulgatam, que incipit: Cum in cunctis. Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus eccleſiis vbi fieri poterit, magiſtri in theologia, ſeu doctores, aut licentiati in iure canonico. Ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici alioquin idonei, & xxij. annis non minores aſciſcantur.

Aſſumendi ad dignitates curã aĩarũ annexã habentes, cuius ætatis & integritatis eſſe debeant.

DE

DE CONFIDENTIIS BENEFICIALIBUS, earumq. caſibus, præſumptionibus, & probationibus, & de pœnis retinentium beneficia in confidentiam: deq. ſimoniaca labe, quæ à patronis, & à præſentatis committi ſolet.

CONSTITVTIO VIII.

Cap. 1. QVoniam ad aures noſtras peruenit nõ ſine graui dolore noſtro in hac diœceſi frequẽter accidere, vt multa ſimoniacæ prauitatis committantur ſcandala circa reſignationem, ceſſionem, electionem, præſentationem, ſiue nominationem beneficiorum, maxime cum patroni aliqui in confidentiam ea concedant, quidam certas conditiones & pacta ſibi præſeruent, quibus annuatim aliquod inde commodum conſequi valeant: alij ſummam pecuniæ numeratam à præſentatis ſiue nominatis accipiant, vel obligationem, eos beneficij ceſſuros, quamprimũ patroni ipſi voluerint, ea filiis, nepotibus, aut aliis ſibi bene viſis tradi, & alia eiuſcemodi quãplurima; volentes pro paſtaorlis officij noſtri debito confidentiæ (vt vocant) beneficialis, ac ſimoniacæ labis abuſibus huiuſmodi diligenter prouidere, quæ in conſtitutionibus Apoſtolicis ſummorum Pontificum Piorum IIII. & V. & decretis Synodi Prouincialis Beneuentanæ diffuſe cõprehenſa ſunt, qua poſſumus breuitate in medium adducere neceſſarium fore duximus, quatenus diœceſis noſtra ab huiuſmodi erroribus & malis purgari, ac religionis Chriſtianæ dignitas ſartatecta conſeruari in ea poſſit.

Simoniacæ prauitatis ſcãdala quæ euenire ſolent in reſignationib. electionibus & p̃ſentationibus beneficiorum.

Pius enim quartus in conſtitutione, quæ incipit: Romanum.

Conſtitutio Pij quarti cõtra. &c.

manum Pontificem. data Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M.D.LXIIII. decimoſeptimo Cal. Nouemb. Pontificatus ſui anno quinto, eam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, quæ in omnes ordines ſtatus eccleſiaſtici, quaſi per curriculos irrepſerat, ac longe, lateq. penetrarat per debita prouiſionis remedia ſuſtulit, non ſolum eccleſias, monaſteria, dignitates, & cætera beneficia etiam de iure patronatus, etiam laicorũ, etiam ex fundatione & dotatione exiſtẽtia in huiuſmodi confidẽtiam iure prohibitam recepta à die receptionis vacaſſe, & vacare decernendo, illorumq. liberam collationem ac diſpoſitionem ſibi & Sedi Apoſtolicæ reſeruãdo, ac fructuũ & penſionum reſeruationes ac regreſſus, ſiue acceſſus, & ſimilia annullando, necnon fructus, redditus, ac prouentus, à die receptionis perceptos ad Cameram Apoſtolicam deuolutos, ipſique reſtituendos eſſe declarando: ſed etiam diſtrictius inhiben do ne deinceps vllo vmquam tempore, eccleſiæ, monaſteria, dignitates, vel alia beneficia etiã de iure patrona tus, etiam laicorum, vt præfertur, exiſtentia, aut fructus vel penſiones, aut regreſſus, ſeu acceſſus in confidentiam prædictam recipere præſumant, Prælatis quidem in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, reliquis vero ſub maioris excommuni cationis latæ ſententiæ pœna, à qua niſi à Romano Pon tifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, & eccleſias, monaſteria, dignitates, ac alia beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare, & ſuæ ac Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſerua ta, fructusq. & penſiones Cameræ Apoſtolicæ applicatos, vt præfertur, eſſe & cenſeri declarando.

Beneficia, eccleſias & dignitates in confidentiam receptas à die receptionis vacaſſe decernitur, & eorũ diſpoſitio Sedi Apoſtolicæ reſeruatur, & fructuum ac penſionum reſeruationes annullantur, & fructus perceptos cameræ Apoſtolicæ reſtituendos declaratur, ac de cętero talia fieri ſub pœnis ꝓhibetur.

Cõſtitutio Pij V. contra, &c.

Pius etiam quintus in conſtitutione, quæ incipit: Intolerabilis. data Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M.D.LXVIIII. Cal. Iunij Pontificatus ſui anno quarto, ad fiduciariæ mancipa-

tionis

tionis beneficiorum eccleſiaſticorum corruptelam grauioris cenſuræ ſtimulo vſquequaque prohibendam omnes & ſingulos qui hucuſque eccleſias, monaſteria, beneficia, fructus, penſiones, aliasve res intercedente hoc confidentiæ vitio, receperunt, ac retinent, & qui quid tale admiſerint in futurum, etiam omnibus & ſingulis aliis eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis & beneficiis obtentis, necnon fructibus, penſionibus, & aliis rebus eccleſiaſticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis officiis temporalibus priuat, & ad futura inhabiles decernit, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodat, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio, quàm à Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere.

Aliæ pœnæ in cõfidentiæ criminis reos expreſſę.

Cuiuſmodi autem ſit hoc vitium confidẽtiæ beneficialis & abuſus, inde attẽdi & intelligi facile poteſt, quòd multi ipſa beneficia iure retinere nequeuntes, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum, aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt, ſæpe laicis & inhabilibus. Plerique vel ſenes, vel infirmi, vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedẽtium de fructibus eccleſiaſticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut naſciturís aſſeruẽt, facto interdum circuitu retroceſſionis, cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerum aut acceſſu, præſertim ab illis, qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes, vt confidẽtes ſic decimarum Apoſtolicarum, vel communis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Collegij & annatæ, aliorumq. iurium dictæ Cameræ debitorum ſolutionem eludant. Alij aut incapaces, aut aliis beneficiis eccleſiaſticis onuſti; aut eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes, aut mere laici beneficia eccleſiaſtica aliis conferẽda procurãt, vt de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipientes illorum. Adhæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant de-

Caſus confidentiarum.

ponenda beneficia, vt fructus, ſeu penſiones capiant eorundem, aliisve faciant miniſtrari. Alia item per multa eiuſcemodi admittuntur, quibus cum interuentu confidentiæ huiuſmodi, ſiue expreſſe, ſiue occulte immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, diſciplinæ eccleſiaſticæ neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quapropter idem Pius Quintus ſtatuit, vt ſi quis quacunque auctoritate eccleſiam, vel monaſterium, aut aliud beneficium eccleſiaſticum qualecunque ex reſignatione vel ceſſione cuiuſcunque perſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis, cum regreſſu vel acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione receperit, vt illum vel illud etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus eidem dimittenti, vel alteri poſtea conferatur, aut illius fructus vel eorum pars alij, vel aliis concedantur, vel penſiones ſoluantur ex eiſdem hæc confidentia cenſeatur. Itidem ſi ordinarius vel alius collator contulerit antehac, aut cõferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expreſſa, vt poſtea in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcunque contra iuris communis ordinationẽ diſponatur, ſiue vt de eo prouiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem vel libitum conferentis, vel decedentis, aut alterius relinquat & remittat, ſeu penſionem illi vel illis, quem vel quos idem collator, aut cedens, vel alius per ſe vel per alium ſcripto, aut verbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit, perſoluat: & pariter ſi à patrono etiam laico, vel altero præſentatore, ſeu electore contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc ſi clericus prædictæ Cameræ, aut Cardinalis, aut alius à ſolutione iurium ipſius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apoſtolicæ exemptus, poſt reſignationem, vel ceſſionem alicuius extranei, de eccleſia, monaſterio, vel alio beneficio eccleſiaſtico in ſe, Apoſtolica vel alia auctoritate factam & admiſſam, illam vel illud etiam confectis litteris Apoſtolicis & poſſeſſione apprehenſa, in eundem reſigna-

ſignantem, vel cedentem, modico ſpatio interiecto, veluti duorum aut trium menſium retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus Eccleſiæ, ſeu monaſterij, aut beneficij, vel eorum pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum, aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illam vel illud, ipſi clerico vel Cardinali, aut alij exempto ſit fuerituè conceſſus. Poſtremo ſi quis crimine aliquo abſolutus, aut cum quo ſuper irregularitate diſpenſatum eſt, denuo receperit quacunq. auctoritate Eccleſiam, monaſterium, vel aliud beneficium eccleſiaſticum, quod ante, vel poſt commiſſum delictum, aut contractam irregularitatem dimiſerit: in quibus horum caſuum confidentiæ prauitas ſit contracta, caſuſque huiuſmodi literis prædictis comprehendantur, ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum. Ad probandum vero plane confidentiarum abuſum, inter alias etiam hæ præſumptiones, & coniecturæ habentur legitimæ: videlicet, ſi quis poſt ceſſam ab ſe Eccleſiam, vel monaſterium, aut beneficiũ, & publicatã reſignationẽ, ſeu ceſſionem, captamq. à ſucceſſore poſſeſſionem, ſeſe in illa, vel illo, ſeu rebus illius, per ſe vel alium, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicunque ſucceſſor illi, vel eius propinquis ipſos aut partem aliquam remiſerit eorundem. Si recipiens beneficium conſtituerit dimittentem, vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi, vel illis de fructibus perceptis, aut percipiendis donationem fecerit. Si vel ſola procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis expeditio, quæ perſonam recipientis concernit proſecuta ſit, ſimulque expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacunque auctoritate, de beneficio eccleſiaſtico, per ſe vel alium, ſeu

Præſumptiones & coniecturæ ſup confidentiarũ abuſu attẽdendæ.

alios interceſſerit, vel aliàs in negotio conceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquomodo, deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto, etiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque.

Decretum ſynodi ꝓuincialis Beneuentanæ contra eoſdem, &c.

Seſſ. 4. de benefic. collat. ca. 1. 2. & 3.

Quare ſynodo etiam prouinciali Beneuentanæ inſiſtentes cum à præſentatoribus, & electoribus, nominatoribuſq. beneficiorũ à recta regula longe lateq. diſceſſum ſit, affectibus priuatis ſibi omnia vindicantibus, qui ſua, non quæ Ieſu Chriſti ſunt, quærunt: interdicendum omnibus eſſe iudicauimus, prout præſenti decreto decernimus, ne huiuſmodi præſentatores, electoreſue quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, ſeu quibus quoquomodo ius ad ea eligendi, præſentandi, aut nominandi competit ab electis, præſentatis, aut nominatis quicquam etiam à ſponte dantibus accipiant. Neq. locationis nomine per ſe, aut interpoſitas perſonas, fructus eorundem beneficiorum ipſi quoquomodo percipiant. Neque vllam fructuum partem, ſub prætextu eam in fabricam eius eccleſiæ cuius ſunt fructus, aut alterius erogandi, aut aliud quid pium faciendi, prout à pluribus fieri intelligitur, ſibi ipſis reſeruent: neuè eorum perſonis abutantur, qui ipſorum nutu aliis ſibi collata beneficia cedant. Neque ea penſionibus onerent, nomenq. tantum electis, præſentatis & nominatis relinquant, cenſum autem & eccleſiaſticos redditus auſu quodam ſacrilego vſurpent. Qui ſecus fecerint, facultatem, quam habent, eligendi, præſentandi, nominandi in poſterum amittant: cæteraſque pœnas luant, quæ ſimoniacis à ſacris Canonibus imponũtur, & cõtra confidentiæ prauitatẽ in cõſtitutionibus Apoſtolicis prædictis ſancita & decreta ſunt. Ceſſet deniq. in huiuſmodi præſentationibus electionibus & nominationibus faciẽdis, omnis conſanguinitatis, propinquitatis, & familiaritatis ratio. Ipſis verò præſentatis, electis, aut nominatis

Præſentatores beneficiorum ne à præſentatis quicquam etiã ſponte dantibus accipiãt neque locationis noĩe per ſe nec ꝑ alios fructus ꝑcipiant, alias confidentiæ pœnas incurrunt.

Præſentati fruct' beneficiorũ illis à quib. præſentati ſunt nec locent aut alio quouis modo colligẽdos tradant.

tis

tis præcipimus ſub excõicationis & aliis pœnis in commemoratis conſtitutionibus Apoſtolicis contentis: ne il lis, à q̃bus præſentati, electi, aut nominati exiſtunt, fructus & obuentiones ipſorum beneficiorũ locent, aut alio quocunq. titulo adminiſtrãdos, aut colligendos tradãt. Qui vero abſque inſtitutione epiſcopi, ſub prætextu iuriſpatronatus, prout à nonnullis fieri intelligitur, beneficia, aut illorũ poſſeſſionem his, aut aliis illicitis pactis receperint, præter conſcientiæ labem, qua ſe pollutos ſciant, pœnis, quæ à ſacris Canonibus, vt diximus, ſimoniacis imponuntur, aliiſq. arbitrio Epiſcopi puniantur, & inhabiles ipſo facto reddantur ad prædicta & alia beneficia obtinenda: cum fidei, vitæ, & doctrinæ meritis ſacerdotia debeantur, quæ nulla erunt in iis, qui præmio illa obtinuerint, iiſdemq. pœnis obnoxij erunt tabelliones, & internuntij, qui inſtrumenta aut aliud quid fecerint, quod ſimoniacam labem contineat. Notarij vero qui de huiuſmodi poſſeſſionibus rogati fuerint, aut inſtrumenta confecerint, excommunicationis, & priuationis officij notariatus pœna ipſo facto incurrenda mulctentur. A præſentatis vero nominatis, electis, aut alio quouis modo prouiſis de beneficiis eccleſiaſticis, Epiſcopus vel eius Vicarius, præter ſolitum præſtari iuramentum, in ipſorum aſſequutione, iuſiurandum etiam recipiendum curet, quòd nulla illicita pactio promiſſio, donatio, ſeipſis ſcientibus, aut conſentientibus interuenerit.

Abſque Epi inſtitutione beneficia recipiẽtes ꝑtextu iuriſpſonatus vel ſub illicitis pactis qua pœna puniãtur.

Tabelliones ſeu Notarij q̃ inſtrumẽta aut alium actum faciunt q̃ ſimoniacam labẽ cõtineat qualiter puniri debeant.

Iuramentum q̃d pſtare tenẽtur ꝓuiſi de beneficiis ex cauſa permutationis, reſignationis, vel præſentationis.

DE VNIONE TITVLI ARCHIpresbyteratus Orcularum Archipresbyteratui terræ Fraxij.

CONSTITVTIO IX.

Cap. vnicum.

SAcroſancta ſynodus Trident. ſeſſ. 21. c. 5. refor. ſtatuit, vt Eccleſiarum ſtatus, vbi ſacra Deo officia

officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruetur, poſſint Epiſcopi etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, iuxta formam iuris, ſine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcunque eccleſiarum parochialium, & baptiſmalium, & aliorum beneficiorum, curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatẽ, & in cæteris caſibus à iure permiſſis, etiam ſi dictæ eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter vel ſpecialiter reſeruata, aut qualitercunque affecta. Quæ vniones etiam nō poſſint reuocari, nec quoquo modo infringi vigore cuiuſcunque prouiſionis, etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis. Quare cum nos & Synodus vniuerſa acceperimus eccleſiam ſanctæ Iulianæ terræ Fraxij Archipresbyteralem adeo tenues habere prouẽtus, vt triginta ducatos currentis monetæ non excedant, atque ita Archipresbyter pro tempore ſufficientem tuendæ dignitatis ſuſtentationem inde nāciſci, & alia eccleſiæ ſuæ onera ferre non valeat; eoq. nomine nobis & vniuerſæ Synodo pro parte dictarum eccleſiæ ac terræ ſupplicatum ſit, vt ei titulum cum omnibus prouentibus Archipreſbyteralis olim eccleſiæ ſancti Nicolai Orcularū in quibuſdam agris & ſiluis terræ Fraxij contiguis conſiſtentibus, nec quindecim ducatorum currentis monetæ valorem annuum attingẽtibus vnire dignaremur, quatenus melius conſeruari, & cum dignitate ac decore debito manuteneri poſſit, maxime cum dictæ eccleſia ſancti Nicolai ac terra Orcularum ſint funditus dirutæ & euerſæ, ita vt eccleſiæ aliud nihil extet, quàm partes quædam ac ruinæ parietum, intra quas ſentes ac magnæ arbores excreuerunt, terræ etiam Orcularum nullum amplius appareat veſtigium: de conſilio & aſſenſu Reuerēdi Capituli cathedralis eccleſiæ noſtræ, & vniuerſæ Synodi prædictum titulum, cum ſuis prouentibus, iuribus, pertinentiis, & oneribus omnibus eccleſiæ olim archipreſbyteralis ſancti Nicolai Orcularum eccleſiæ Archipreſbytera-

ł Vniones beneficiorum iuxta formā iuris ſine præiudicio obtinentiū poſſe fieri ab Ep̄is ꝑꝑ paupertatem eccleſiarum, & in aliis caſibus à iure permiſſis.

byterali S.Ianuarij terræ Fraxij præſenti decreto in perpetuum valituro vnimus & incorporamus, abſque præiudicio tamen obtinentis, ita vt Archipresbyter terræ Fraxij pro tempore, vbi dictum titulum Archipresbyteratus Orcularum, vnà cum adiunctis per obitum moderni poſſeſſoris, vel aliàs quomodocunque vacare contigerit, eius poſſeſſionem & adiunctorum ipſo facto vigore ſacroſancti concilij Tridentini prædicti, & huius noſtræ vnionis capiat, ac deinceps tam ipſe, quàm ſucceſſores eius in Archipresbyteratu terræ Fraxij etiam Archipresbyteri Orcularum titulo vnà cum emolumentis & oneribus prædictis in perpetuũ fruantur & gaudeant.

DE CATASTO BONORUM eccleſiaſticorum, & aliorum quorumcunque piorum locorum conficiendo, & bonis eccleſiaſticis non alienandis.

CONSTITVTIO X.

Cap. I.

QVoniam in cõtributionibus generalibus, quæ clero imponuntur complures querũtur ſe aggrauari, quòd in diſtributione onerum huiuſmodi debita non obſeruetur æqualitas, volentes rem ad æquitatem & iuſtam rationem reducere, mandamus matriculam, quam vulgo Cataſtum vocant, iuxta decretum Synodi Prouincialis Beneuentanæ renouari, & aliquos à Synodo deputari, qui beneficiorum omnium tam curatorum, quàm non curatorum in ciuitate ac diœceſi exiſtentiũ qualitate circa fructus & prouentus annuos diligenter fideliterq. inſpecta, conſiderata, & ponderata cum approbatione noſtra taxã æquabilem conſtituant, & ad centenariam rationem limitationemque referant, vt inde colligi & conſtitui poſſit, quid

De cataſto bonor. eccleſ. cõficiẽdo c. 1.

Decretũ Synodi Prouinc. Beneuent. de cataſto bonorum eccleſiaſticorum conficiendo.

quid ciuitas, quid archipresbyteratus,& quid in eis ſinguli beneficiati pro rata beneficiorum ſuorum in contributione huiuſmodi ſine vllius grauamine ſoluere debeant. Vnuſquiſq. autem clericus ratione perſonæ ſuæ ſeu priuilegij clericalis ibi contribuat,vbi ordinarie degit:pro beneficiis vero in ſingulis locis,in quibus beneficia poſſidet, id quod intelligatur, in vnoquoque loco pro eis tantum beneficiis, quæ ibi habet. Huius autem cataſti bonorum eccleſiaſticorum exemplaria duo authentica, iuxta prædictum Synodi Prouincialis Beneuentanæ decretum, confici mandamus, quorum vnum in archiuo Epiſcopali, alterum in archiuo Capituli cathedralis eccleſiæ conſeruetur: & ſingulis annis Epiſcopus,ſeu alij Viſitatores,in viſitatione inuentarium omnium bonorum renouandum curent: & diligenter inſpiciant, num eorum, quæ in cataſto notata fuerint, aliquid alienatum vel deperditum ſit.

Ex eod. c. de cataſto bon. eccleſ. cōficien.

Epis incũbit onꝰ vt conſeruētur bona hoſpitalium, & quorumcunq. piorum locorum.

Cap. 8.

Inſuper quia Epiſcopis non modo eccleſiarum & beneficiorum, ſed etiam hoſpitalium, confraternitatum, & aliorum quorumcunque piorum locorum cura, quatenus eorum bona ſtabilia & mobilia annui fructus,cēſus,& eleemoſynæ debite conſeruentur, & adminiſtrentur, diligens viſitationis ac reformationis remediū adhibendo: proinde Synodus Prouincialis Beneuentana ſapientiſſime decreuit, vt Epiſcopi cataſtum quamprimum conficiendum curent, his verbis: Ne vero res, & bona eccleſiarum diſpereant, aliorumq. cupiditati, eaque occupandi voluntati exponantur,ſi nulla de eis confecta conſeruentur monumenta; ſtatuimus, vt Epiſcopi cataſtum quamprimum conficiendum curent, in quo eorum cathedralium eccleſiarum, itemq. menſæ capitularis cathedralium, & collegiatarum, parochialium eccleſiarum, necnon quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, quocunque nomine nuncupentur, & hoſpitalium, ſodalitatum, & aliorum piorum locorum bona, iura, actiones, cenſus, reddi-

Seſs. 6. de cataſto bonot. eccleſ. cōfic. c. 1.

redditus, nomina debitorum, ac denique omnia ad ipſas ſpectantia annotentur: nominatimq. bonorum qualitates & quantitates, ipſorumque confinia adſcribantur. Eorum vero librorum, ſiue cataſtorum exemplaria duo authentica conficiantur, quorum vnum in Archiuo Epiſcopali, alterum in Archiuo capituli cōſeruetur: & ſingulis annis Epiſcopi, ſeu alij viſitatores, in viſitatione inuentarium omnium bonorum eccleſiaſticorum renouandum curent: & diligenter inſpiciant; num eorum, quæ in cataſto notata fuerint, aliquid alienatum, deperditumque ſit. Quare cum tale cataſtum generale non extet, neque (vt relatum eſt nobis) fuerit vnquam confectum poſt publicationem dictæ Synodi Prouincialis, vt quod partes noſtræ poſtulant, præſtemus, ſub diuinæ indignationis vltione, & pœnis arbitrariis, vniuerſis, tam hoſpitalium, confraternitatum, ac piorum locorum huiuſmodi magiſtris, ſuperintendentibus, & aliis officialibus quocunque nomine nuncupatis, quàm eccleſiarum, & beneficiorum omnium rectoribus, ſeu poſſeſſoribus, mandamus, vt infra ſpatium quatuor menſium ab huius decreti noſtri publicatione, realem, fidelem, & integram omnium terrarum, ædium, poſſeſſionum, cenſuum, fructuum, & ordinariæ eleemoſynæ annotationem Vicario noſtro generali conſignare debeant, vt iam commemorato Synodi Prouincialis Beneuentanæ decreto, debite ſatisfieri poſſit.

In viſitatione inuētariū oīum bonorū eccleſiaſticorū ſingulis annis renouetur.

Beneficiati fidelē annotationem tenentur cōſignare terrarū, ædiū, & ſimiliū infra ſtatutum terminum pro cataſto ſub pœna.

Cap. 3. Nullus ſacerdos aut clericus beneficiatus cuiuſcunq. ſit ordinis, gradus, ac præeminentiæ, bona eccleſiæ ſuæ mobilia, aut beneficij ſtabilia, vendere, commutare, in emphyteoſim concedere, ſeu quomodocunq. alienare, neq. annuos fructus vltra triennium locare valeat, ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ, iuxta antiqua ſtatuta diœceſana, declarantes etiam quidquid ſecus actum ſeu attentatum fuerit, id totum irritum eſſe & inane, iuxta extrauagantem Pauli ſecundi. Imo

Clericis prohibetur alienatio, commutatio, & cōceſſio in emphyteoſim bonorum eccleſiæ & illorum locatio vltra triennium ſub pœna.

etiam volumus locationem quamcunq. etiam ad triennale tempus dumtaxat factam, robur ſortiri non debere, iuxta decretum Synodi Prouincialis Beneuentanæ, niſi Reuerendiſſimi Ordinarij, vel eius Vicarij generalis licentia in ſcriptis interueniente.

DE EDVCATIONE, ET diſciplina clericorum.

CONSTITVTIO XI.

Clerici in minoribus, dieb. feſtis eccleſiæ vbi sūt adſcripti ſuperpelliciis induti inſeruire teneantur.

OMnes clerici non ſacerdotes cuiuſcunq. ſint ordinis & conditionis, ſub pœna librarum decē ceræ albæ elaboratæ omnibus diebus feſtis eccleſias matrices locorum, vbi ſunt, vel alias in bullis ordinum ſuſceptorū præfixas ſuperpelliciis induti, ac biretum quadratum geſtantes, accedere, & cantando in choro, vel miſſis, aut ad altare maius miniſtrando, ſeu alia ſimilia officia, prout à rectoribus earum eccleſiarum iubebuntur, exercendo, inſeruire teneantur, aliàs prædictam pœnam incurrant ſingulis vicibus, quibus contrafecerint. Cap. 1.

Licet in ſtatutis noſtris diſpenſatum ſit cum clericis propter ſtudia & ſcholæ frequentationem, ne aliis diebus, præterquam feſtis à nobis præſcriptis in diuinis inſeruire teneantur: quia tamen certiores facti ſumus pleroſque etiam ex iunioribus ſcholas non viſitare, nec vllas audire lectiones, ſed quotidie huc & illuc diſcurrere ludendo, & crebras rixas excitando, aliaq. committendo clericatu indigna: proinde ordinamus vt omnes clerici in ſacris, aut ætate ad ſacros ordines ſuſcipiēdos debita non conſtituti, qui ſcholas non viſitant, aut lectiones non audiunt, teneantur quotidie eccleſias eis ab Epiſcopo aſſignatas, tempore diuinorum officiorum frequentare, & in diuinis inſeruire. Quòd ſi quis mane non interfuerint diuinis, præſertim ſummo ſacro ab Cap. 2.

Clerici qui in ætate ad ſacros ordines ſuſcipiendos non ſunt conſtituti, & ſcholas non frequentāt, quotidie eccleſiæ inſeruiant.

initio vſque ad finem, ſingulis vicibus quibus defuerit, dimidium carolenum: ſi vero poſt meridiem veſperis ſimiliter ab initio vſque ad finem non adfuerit, quartam caroleni partem ſoluat.

Quo vero ad alios clericos ætatem ad ſacros ordines ſuſcipiendos debitam habentes, & beneficia eccleſiaſtica pro honeſtæ ſuſtentationis ſufficientia poſſidentes, qui ad ſacros ordines progredi nolunt, obſeruetur decretum ſuperioris Synodi ante annum cum dimidio Argẽtij celebratæ.

Seruetur decretũ Superioris Synodi cõtra clericos conſtitutos ad ſacros ordines, qui progredi nolunt ſufficiẽtes prouẽtus habentes.

Similiter cum ijs, qui loco beneficij certum & ſufficiẽs habent patrimonium, ſi aliàs ſint habiles & idonei, alioquin in minoribus adhuc relinquantur, & clericali priuilegio gaudeant, dummodo in habitu & tonſura ſemper incedant, & in diuinis in eccleſijs aſſignatis deſeruiant; quòd ſi ſint habiles & idonei, & tamen recuſent maioribus initiari, ſi ad clericatum poſt Synodum Argentij anno M. D. LXXXV. celebratam primum fuerunt admiſſi, compellantur iuxta propriam obligationem, & dictæ Synodi decretum ad maiores ordines. Si vero ante Synodum præfatam fuerint in numerũ clericorum iam recepti, & ad maiores ordines nolint progredi, tolerentur, ſi modo vt ſupra in habitu ac tonſura ſemper incedant, & in diuinis deſeruiant, vbi ſunt adſcripti, aliàs clericali priuilegio careant, iuxta regiam pragmaticam ſacris Canonibus conuenientem in prædicta Synodo publicatam, vbi hæc habentur verba: Itẽ declaratur, quòd diaconi vulgo Syluestres dicti, qui ſuſcepiſſent, aut ſuſciperent quatuor minores ordines, nec proſequerentur clericatum ſuſcipiendo reliquos ordines maiores, nulla debeant frui immunitate, niſi ipſi clerici in quatuor minoribus ordinibus, ſeu prima tonſura conſtituti, deſeruirent in diuinis quotidie, & in habitu ac tonſura incederent: quia tunc ſtatuitur, vt eadẽ fruantur immunitate, qua ij, qui ſacris ordinibus ſunt initiati, fruuntur. Quòd autem hæc regia pragmatica

Quid agẽdum cũ his qui ſufficientes prouentus habent ex patrimonio ſi habiles ſint ad ordines ſacros

Clerici in minoribus quomdo gaudeant immunitate & fori eccleſiaſtici priuilegio.

Regia Pragmatica conformis ſacris canonib. quo ad immunitatē clericorum in habitu & tõſura incedentium & eccleſiæ inſeruientium.

ſacris canonibus conueniat, in promptu eſt ſancta Synodus Tridentina ſeſſ. 23. cap. 6. reform. vbi ſic habetur: Clericus fori ſcilicet eccleſiaſtici priuilegio non gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalē habitum & tonſuram deferens, alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate, de licentia epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. Et cap. xi. Minores ordines ijs, qui ſaltem latinam linguam intelligant, per temporū interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur, conferātur, vt eo accuratius, quantum ſit huius diſciplinæ, pondus poſſint edoceri: ac in vnoquoq. munere iuxta præſcriptum Epiſcopi, ſe exerceant: idque in ea, cui adſcripti erunt eccleſia, niſi forte, ex cauſa ſtudiorum abſint, atque ita de gradu in gradum aſcendant: vt in eis cum ætate, vitæ meritum, & doctrina maior accreſcant. Quod & bonorum morum exemplum & aſſiduum in eccleſia miniſterium, atque maior erga presbyteros, & ſuperiores ordines reuerentia, & crebrior quàm antea corporis Chriſti communio maxime comprobabunt. Et infra cap. xvi. Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis eccleſijs, ſancta Synodus veſtigijs canonicis ſexti Concilij Chalcedonenſis inhærendo ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi eccleſiæ, aut pio loco pro cuius neceſſitate aut vtilitate aſſumitur, nō adſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus: nec incertis vagetur ſedibus: quod ſi locū incōſulto epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exercitiū interdicatur.

Nullus ordinetur qui Eccleſiæ pro cuius neceſſitate aſſumitur, nō adſcribatē vt ibi ſuis fungatur muneribus.

Presbyteri & clerici rectoribus Eccleſiarum, in quib' deputati ſunt obediant in ſpectantib. ad diuinum cultum.

Cap. 3. Sub eadem pœna librarum decem ceræ albæ elaboratæ omnes clerici etiam presbyteri cuiuſcunque ſint ſtatus & conditionis, eccleſiarū, in quibus deputati ſunt, Rectoribus obediant in his, quæ ſpectant ad cultum diuinum eiuſque miniſterium. Quòd ſi quis iubenti obtēperare renuat, aut proterue reſpondeat, quotieſcunque id fecerit, prædictam pœnam incurrat.

Cap.4. Similiter omnes ſacerdotes & clerici quicunque concionibus generalibus locorum vbi habitant ab initio vſque ad finem ſub pœna mediæ libræ ceræ albæ elaboratæ pro ſingulis vicibus, quibus abfuerint ſine rationabili impedimento per vicarios noſtros locorum approbando, intereſſe teneantur.

Clerici & presbyteri concionib. generalib. ab initio vſque ad finem interſint.

Cap.5. Sub pœna quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ, nemo cuiuſcunque ſit gradus & conditioni ad ſacrum presbyteratus ordinem promotus primā miſſam abſque licentia Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis in ſcriptis obtenta celebrare præſumat.

Ad presbyteratū ꝓmotus primam miſſam non celebret, niſi de licentia ordinarij in ſcriptis obtenta.

Cap.6. Sub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ nullus eccleſiaſticus cuiuſcunque conditionis exiſtat, coram quocunque magiſtratu ſeculari quempiam per ſe, vel per alios conuenire eum accuſando, vel examinari faciendo, aut obligationem vel fideiuſſionē pro aliquo faciendo, aut quomodocunque aliter, ſine Reuerendiſſimi D. Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis licentia in ſcriptis obtenta, præſumat.

Corā laico iudice nullus clericus quēpiā cōueniat abſque ord. licentia.

Cap.7. Similiter ſub eadem pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ nullus eccleſiaſticus etiam doctoratus laurea inſignitus, coram quocunque foro, præſertim ſeculari aduocatum ſeu procuratorem pro alio agat, niſi eſſet pauper aliquis deſtitutus, & miſerabilis, quo caſu, de licentia tamen Reuerendiſſimi Ordinarij, vel eius Vicarij generalis, id facere poſſit.

Clerici & doctorata inſigniti pro aliis apud ſecularē iudicē cām nō dicant abſq. ordinarij licentia.

DE CORRECTIONE exceſſuum Cleri.

CONSTITVTIO XII.

Cap.1. QVia plerique non deuotionis, ſed vitādi fori ſecularis, & collectas fiſcales non ſoluendi cauſa ad clericatum accedunt, hinc eſt, quòd Dei timore

more depoſito raro in diuinis, aut nunquam ſeruiunt, & quod peius eſt, in habitu clericali & tonſura nō incedunt, niſi cum flagitium aliquod patrauerint, ne magiſtratus ſecularis manus iniicere in eos queat, aut cum in loco publico ſunt propter formidinem Superiorum. Imo etiam quidam in habitu mere ſeculari ſemper incedunt, & vbi à temporali magiſtratu moleſtantur, ſtatim bullas clericatus, aut etiam beneficij alicuius, vel iuriſpatronatus quantumcunq. exigui ad eum effectum malitioſe fundati ad maiorem ſui defenſionem producunt, vt ſe à ſeculari iudicio eximant; volentes nos pro officij noſtri debito malis huiuſmodi opportune prouidere ſequentia ſtatuere & ordinare operæprecium duximus. Inprimis itaque decernimus, vt quotieſcunque beneficiatus aliquis, vel etiam ſimplex clericus ſine habitu clericali ac tonſura inceſſerit, pro ſingulis diebus mulctetur, iuxta ſtatuta noſtra Argentij in publica Synodo edita & promulgata. Quòd ſi per menſem ita perrexerit, ſi eſt beneficiatus, & canonice admonitus ſe nō emendauit, beneficiorum ſuorum prouētibus illius anni priuetur, ſiq. oſtinate, præmiſſa etiam canonica admonitione per alium menſem morem non geſſerit, vti inobediens beneficia ipſa amittat. Quòd ſi vlterius in huiuſmodi temeritate perſtiterit, ad pœnitentiam, obedientiamq. non veniendo, & citatus poſt trinam monitionem non comparuerit, vel non obedierit, vti contumax & clericatu indignus ab eo deponatur publice, clericalibusq. priuilegiis exuatur. Similiter ſi clericus etiā beneficiatus extra diœceſim etiam de licentia Curiæ Epiſcopalis abierit, & in habitu ſeculari incedendo per medium annum ſic perrexerit, ſi non prius Curiæ Epiſcopali id conſtet, citetur, ſiq. trina monitione præmiſſa non comparuerit, & competentem pænitentiam egerit, vti contumax ac rebellis omnibus beneficiis priuetur, & à clericatu vt ſupra publice deponatur. Idē quoq. obſeruetur cum quibuſcūque clericis etiam beneficiatis,

Clerici nō incedētes in habitu, & tonſura, quib. pœnis obnoxij reddantur.

Extra diœceſim abeūtes clerici nō incedentes in habitu, & tonſura, vel militiæ ſeculari ſe adſcribi faciētes, quib. pœnis ſubiiciantur.

tis, qui ſe militiæ ſeculari adſcribi faciunt.

Cap.2. Quicunque clericus, qui in alium ſiue clericum ſiue laicum manus violentas iniecerit, præter pœnas à iure ſtatutas, etiam carceris, & vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ, aliasque pœnas ad arbitrium Reuerendiſſimi Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis pro delicti qualitate incurrat.

Clerici violentas manus in clericũ vel laicum iniiciẽtes, qua pœna mulctentur.

Cap.3. Similiter non ſolum clerici, ſed etiam laici quicunq. in eccleſiis, uel cœmeteriis, aut ianuis eccleſiarum rixantes eandem pœnam vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ incurrant, & alias prout qualitas delicti poſtulauerit. Quòd ſi id tempore diuinorum officiorum, præſertim miſſæ commiſerint, duplum ſoluant, & excommunicationi latæ ſententiæ ſubiaceant.

Clerici vel laici rixãtes in eccleſiis, cęmeterio, vel ad ianuas, quas pœnas luant.

Cap.4. Quia animaduertimus pleroſq. tum laicos, tũ etiam clericos, excommunicationem, quam interdum ob violentam manuum iniectionem in clericos incurrunt, ita paruipendere, vt in ea longo tempore perſiſtentes abſolutionem impetrare negligant, volentes eorum ſaluti debite conſulere, vniuerſis diœceſis noſtræ clericis ſub pœna excommunicationis mandamus, vt quotieſcunque fuerint ab aliquo contra canonẽ offenſi, delinquentem infra ſpatium trium dierum denuntiare teneantur.

Clerici offenſi cõtra canonẽ ſiquis ſuadente, delinquentẽ infra tres dies denunciẽtur ordinario.

Cap.5. Etſi clericis luſum chartarum, vel taxillorum ſub excommunicationis & ducẽtarum librarum ceræ albæ elaboratæ pœnis interdiximus, quia tamen quorundã malitia ita excreuit, vt luſum auellanarum, vulgo (il giuoco delle nocelle) dictum introduxerint, præſenti conſtitutione ſub dictis pœnis, non ſolum chartarum ac taxillorum, ſed etiam auellanarum, & omnes luſus, vulgo (giuochi di ſorte) nuncupatos, quotcunque, & quomodocunque excogitari poſſint, prohibemus.

Luſus chartarũ, taxillorũ, auellanarũ, & oẽs luſus vulgo dictas, giuochi di ſorte, clericis interdicitur.

Cap.6. Quia exploratum habemus nonnullos ex clericis noſtris rebus ſecularibus magis deditos, quàm ſtatum clericalem deceat, ſub prætextu & communicatione luſus prohibiti, & aliorum delictorum, in quibus ſibi mutuam

nauant,

nauant operam, facile induci, vt etiam in ætate non debita conſtituti obligationes, ac fideiuſſiones pro aliis faciant; volentes huiuſmodi occaſiones ad malum remouere, ordinamus generaliter ſub pœna excõmunicationis & nullitate actus, omnibus officialibus noſtris, etiã Notariis, ne cuiuſcunque ordinis clerici infra vigeſimumſecundum ſuæ ætatis annum conſtituti obligatiõnem, aut fideiuſſionem pro quoquam ſuſcipiant ſine ſpeciali Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis licentia in ſcriptis obtenta. Clericus autem obligationem vel fideiuſſionem ſine huiuſmodi licentia præbens, pœnam quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ incurrat.

Fideiuſſionẽ non p̃beant clerici ante xxij. annũ, nec illã ſuſcipiant Notarij ſine ſpeciali ord. licentia.

Etſi in Synodo diœceſana Argentij habita conſtitutum eſt ſub grauiſſimis pœnis, ne clerici cuiuſcunq. gradus, ac præeminentiæ qualemcunque mercaturam exerceant, ob iuſtas tamen & rationabiles cauſas animũ noſtrum mouentes idẽ renouando etiam ſub pœna ducentarum librarum ceræ albæ elaboratæ, iuxta antiqua ſtatuta diœceſana qualiacunque mercimonia, necnon tabernarij, macellarij, & alia ſimilia exercitia clericatum minime decentia prohibemus. Cap. 7.

Mercaturã & alia decoro clericali indecentia a clerici non exerceant ſub pœnis.

Contra clericos concubinarios præter pœnas in alio decreto noſtro ex ſacro concil. Trid. poſitas antiquum etiam & vſitatum diœceſis ſtatutum ad maiorem concubinatus huiuſmodi extirpationẽ renouamus, quod eſt, vt clerici cuiuſcunque ſint ſtatus vel conditionis domi vel foris concubinam ſeu amicam, aut mulierẽ quamcunque ſuſpectam tenentes, mille libris ceræ albæ elaboratæ mulctentur. Quam pœnam & in ſubſidium excommunicationem incurrant etiam laici præſertim coniugati concubinam ſeu amicam ſuſpectam domi, vel foris tenentes. Cap. 8.

Clerici domi vel foris cõcubinam, aut quamlibet ſuſpecte mulierem tenentes, quibus pœnis mulctẽtur

DE

DE QVIBVSDAM CANONICOS cathedralis Eccleſiæ, & clerum ciuitatis, atque Archipresbyteros, nonnulloſq. alios totius diœceſis concernentibus.

CONSTITVTIO XIII.

Cap. 1. REuerendum Capitulum cathedralis eccleſiæ, Abbates, Archipresbyteri, & Priores non exempti quarumcunque eccleſiarum ciuitatis ac diœceſis ſub pœna centum librarum ceræ albæ elaboratæ in feſto ſancti Stephani Protomartyris in cathedrali eccleſia perſonaliter comparere ad ſummum ſacrum ab initio vſque ad finem, & Reuerendiſſimo Ordinario, vel eo abſente, eius Vicario generali ſolitam obedientiam præſtare teneantur. Quòd ſi quis infirmitate præpeditus perſonaliter comparere non potuerit, per procuratorem publico Notarij inſtrumento inſtitutum comparere poſſit, qui producto fidedigno teſtimonio infirmitatis huiuſmodi abſentis vices tamquam præſentis ſuppleat.

In feſto S. Stephani Protomart. q. cõparere debent ad pręſtandã obedientiã Reuerendiſs. ſub ſummo ſacro.

Cap. 2. Omnes ſacerdotes, & alij clerici cuiuſcunque ſint gradus, vel conditionis, ſub pœna vigintiquinque librarum ceræ albæ elaboratæ feria quarta Cinerum in ciuitate quidem in eccleſia cathedrali ab Epiſcopo, vel eo impedito à Vicario generali, vel Decano, in aliis vero locis ab Archipresbyteris, aut in propriis eccleſiis à parochi ſuperpelliciis induti cinerem ſupra caput, iuxta ſalutarem ſanctæ matris Eccleſiæ inſtitutionem accipiãt. Meminerintque curam animarum habentes, vt parochianos ſuos inducant, quatenus etiam ipſi veluti veri, & obedientes Eccleſiæ filij ad huiuſmodi cinerem

Sacerdotes & clerici feria quarta cinerũ in ꝓpriis eccleſiis ſuperpelliciis induti compareant ad recipiendum cinerem.

Laici inducantur ab eis, ad quos ſpectat vt ad cinerem accipiẽdum deuote accedant, prædicto die.

accipiendum deuóte accedant.

Canonici & vniuerſus clerus ciuitatis feria v. cœnę Dñi eccleſiæ maiori ſummo ſacro p Epm celebrando interſint.

Sub pœna centum librarũ ceræ albæ elaboratæ Reuerendi Canonici cathedralis eccleſiæ, necnon vniuerſus clerus ciuitatis feria quinta Cœnæ Domini ſummo ſacro per Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum celebrando, ac ſacrorum oleorum conſecrationi interſint. Cap. 3.

Epo ſolẽnalter celebranti vel põtificalia exercenti intereſſe tenẽtur oẽs canonici, preſbyteri, & clerici ciuitatis ad ipſum proceſſionaliter deducendũ, & officio aſſiſtendum.

Iuxta veterem huius eccleſiæ conſuetudinem nõ modo feria quinta cœnæ Domini, ſed aliis etiam diebus, quibus Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus miſſam ſolemnem cantabit, vel aliàs Pontificalia exercebit, tam canonici, quàm alij clerici quicunque ciuitatis ſub pœna duodecim librarum ceræ albæ elaboratæ ab initio vſq. ad finem intereſſe, & deputati ad miniſterium adſiſtere & inſeruire teneantur. Imo etiam ſub pœna vnius libræ ceræ albæ elaboratæ teneantur, prius aulam Epiſcopalem ingredi & Reuerendiſſimum ad eccleſiam deſcendentem proceſſionaliter deducere & comitari. Cap. 4. Concil. Tridẽt. ſeſſ. 24 c. 12. reform. cit. ſi.

In ſabbatho ſancto campanæ nõ pulſentur, niſi audito in ciuitate ſummæ ædis pulſu, & p diœceſim eccleſiarum archipresbyteralium.

Sub pœna ducatorum centum, & in ſubſidiũ excommunicationis nemo ſiue ſit eccleſiaſticus etiam regularis, ſiue laicus Sabbatho ſancto campanas in aliqua eccleſia, ſacello, ſiue oratorio pulſare, aut pulſari facere præſumat, niſi audito prius in ciuitate quidem ſummæ ædis, per diœceſim vero Archipresbyteralium eccleſiarum pulſu. Idem ſub pœna arbitraria obſeruetur quotidie cum pulſu veſpertino, Salutationis angelicæ, qui vbi audita fuerit vigeſima quarta hora in cathedrali, & archipreſbyteralib. eccleſiis ſtatim fiat. Ex cõc. Later. ſub Leone X. anno 1516. incip. Sacro approbãte. §. vt debitus.

DE EXAMINATORIBUS IN Synodo diœceſana, iuxta decretum ſacroſancti concilij Tridentini inſtituendis.

CONSTITVTIO XIIII.

Cap. vnicum.

SIngulis annis in diœceſana Synodo, iuxta ſacrum Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. reform. Examinatores ab Epiſcopo vel eius Vicario ad minus ſex proponantur: qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur, vt adueniente vacatione cuiuslibet eccleſiæ curatæ ad examen, iuxta formam prædicti Concilij adhiberi poſſint. Sint vero hi examinatores magiſtri, ſeu doctores, aut licentiati in theologia, aut iure canonico, vel alij clerici, ſeu regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam ſeculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentq. omnes ad ſancta Dei Euangelia ſe quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros. Caueantq. ne quidquam prorſus occaſione huius examinis nec ante, nec poſt accipiant: alioqui ſimoniæ vitium tam ipſi, quàm alij dantes incurrant; à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obtineant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolum corã Deo, ſed etiam in Synodo Prouinciali, ſi opus erit, rationem reddere teneantur: à qua, ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri poſſint.

DE EXCOMMVNICATIS *iuxta vetera ſtatuta diœceſana denunciatis & publicatis: quod quoad hoc renouamus & approbamus.*

CONSTITVTIO XV.

In blaſphemātes Deum, B. Virginē aut alios Sanctos illorū Imagines iniuria afficiētes.

EXcommunicantur omnes blaſphemantes Deum vel beatiſſimam Virginem Mariam, aut alios Sanctos publice, necnon qui imagines eorum iniuria afficiunt, & ſi manifeſti & conuicti fuerint, præter pœnas à ſacris Canonibus ſtatutas pœnam inſuper trecentarum librarum ceræ albæ elaboratæ incurrant, in pios vſus Reuerendiſs. Ordinarij arbitrio applicandarum.

In ſortilegos aruſpices venefi. cos & id gen' cū arte maxime dæmoniorum.

Item omnes ſortilegi, arioli, arſpices, venefici, diuinatores, incantatores, ſagæ, ſeu ſtrigæ & id genus alij maxime dæmoniorum arte, opera, vel inuocatione vtentes: qui etiam, præterquam quod ipſo facto infames efficiuntur, pœna excommunicationis ſubiaceant.

In maleficos operātes ne viri vxores cognoſcere poſſint. & in ſciētes & nō reuelantes.

Item omnes malefici operantes, ne viri vxores ſuas cognoſcere poſſint, vel alia ſimilia, quam etiam excommunicationem incurrant ſcientes huiuſmodi maleficia eſſe facta, & epiſcopali curiæ non reuelantes.

In abutentes ſanctiſs. Sacramēto Euchariſtiæ aut ſacris oleis vel alia re ſacra prætextu medicaminis & in dantes vel accipere permittentes.

Item omnes ſacroſancta Euchariſtia, aut ſacris oleis, vel aqua baptiſmali aut quacunque alia re ſacra abutentes, præſertim circa incantationum vel ſimiles vſus etiam ſub prætextu medicaminis. Sacerdotes autem & clerici quicunque ſacramenta, vel alias res ſacras huiuſmodi perſonis eis abutentibus dantes ſiue concedentes, vel accipere permittentes, præter dictam excommunicationis pœnam etiam priuationem omnium officiorum

Et nota quòd ſi adſit mala credulitas, incurrit a poſta. ſia, & cēſura papalis.

ciorum & beneficiorum ſuorum incurrant.

Item omnes vſurarij manifeſti, qui etiam abſolui nõ poſſint niſi prius reſtituant, quod vſura lucrati ſunt. Et ſi in iudicium deducti fuerint, mulctentur etiam quingentis libris ceræ albæ elaboratæ, & aliis pœnis à iure ſtatutis.

In vſurarios manifeſtos.

Item ſciētes huiuſmodi vſurarios manifeſtos, & infra ſpatium quindecim dierum curiæ epiſcopali non reuelantes.

In ſcientes vſurarios manifeſtos, & illos non reuelantes.

Item omnes notarij, vel ſcriptores, qui teſtamentis, inſtrumentis, cautelis, aut aliis quibuſcunque ſcripturis publicis vſurariorum manifeſtorum eas ſcribendo, vel ratificando interfuerint.

In ſcribentes vel ratificantes vſurariorum teſtamenta, inſtrumēta, cautelas, aut alias publicas ſcripturas.

Item omnes notarij & alij teſtamentorum ſcriptores, ſi infra menſem à morte teſtatoris, curiæ epiſcopali teſtamentum, quod ſcripſerunt, non manifeſtent, videlicet nomen teſtatoris, & capita teſtamenti, legatis ad pias cauſas in eo exiſtentibus, copiamque teſtamenti, non tamen gratis dederint. Nam ex concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 8. reform. Epiſcopi etiam tanquam ſedis Apoſtolicæ delegati, in caſibus à iure conceſſis, omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos ſint executores. Et cap. 6. In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non niſi ex iuſta & neceſſaria cauſa fieri debent, Epiſcopi tanquam delegati ſedis Apoſtolicæ ſummarie & extra iudicialiter cognoſcant, nihil in precibus tacita veritate, vel ſuggeſta falſitate fuiſſe narratum, priuſquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

In notarios non manifeſtantes legata ad pias cāſ infra menſem à morte teſtatoris.

Epiſcopi cognoſcunt commutationes vltimarū voluntatum.

Item omnes executores teſtamentorum, ſi infra duos menſes à morte teſtatoris curiæ Epiſcopali pro male oblato iuxta conſuetudinem non ſatiſfaciant, vel infra annum teſtatoris voluntatem non manifeſtent, & legata præſertim pia non compleant: nec liberentur, niſi præſtita prius executione, & vigintiquinque libris ceræ albæ elaboratæ pro pœna ſolutis. Quòd ſi poſt completum

In non ſoluentes male ablatum curiæ Epiſcopali & non adimplentes pia legata.

tum annum à morte teſtatoris, debitam executionem facere adhuc negligant, ea priuentur,& aliis piis hominibus committatur.

In ʒdicentes, vel peruertentes, ne quid teſtator ad pias cauſas leget.

Item omnes directe vel indirecte quocunque quæſito colore mentem teſtatoris peruertentes,vel violenter contradicentes, aut quomodocunque impedientes, ne quid ad pias cauſas leget ac teſtetur.

In occupantes legata relicta eccleſiæ vel piis locis, & ſcientes non reuelantes.

Item omnes pia teſtatorum legata occupantes, maxime relicta in vtilitatem eccleſiæ cathedralis, vel menſæ Epiſcopalis,aut cuiuſcunque eccleſiæ,hoſpitalis,confraternitatis, vel loci pij. Quam excommunicationem etiam incurrant id ſcientes, & infra ſpatium quindecim dierum Curiæ Epiſcopali non reuelantes: nec abſolui poſſint tam hi quàm illi,niſi prius ſatisfecerint.

In habẽtes & nõ reſtituentes, vel ſcientes & non reuelãtes ſcripturas ad curiã, menſam Epalem, & alias Eccleſias, vel pia loca ſpectantes.

Item omnes cuiuſcunque ſint ſtatus, conditionis, & præeminentiæ,qui ſcripturas ad cathedralem eccleſiam vel Curiam & menſam Epiſcopalem , aut Capitulum, ſiue ad alias eccleſias, aut pia loca quomodocunq. pertinentes habent, & non reſtituunt. Similiter id ſcientes, & infra ſpatium decem dierum Curiæ Epiſcopali non reuelantes.

In falſificãtes ſcripturas ad quoſcũque ſpectãtes, vel diminute dicta teſtium ſcribentes.

Item omnes cuiuſcunque ſint gradus, ordinis, ſtatus, & præeminentiæ, qui bullas, inſtrumenta, priuilegia, obligationes, litteras, aut quaſcunque alias ſcripturas non tam ad Curiam & menſam Epiſcopalem, Capitulum, eccleſias,ac pia loca,quàm etiam ad Curiam temporalem cuiuſcunque domini vel alios eccleſiaſticos, & laicos quoſcunque pertinentes falſificarunt, necnon & actuarij, qui diminute & minus fideliter dicta teſtium omnia ſcripſerunt, nec ab ea abſolui poſſint, niſi prius damno ſatisfecerint.

In iurantes ſcienter falſum, vel producentes falſos teſtes.

Itẽ omnes in iudicio ſcienter falſum iurantes,ſiue falſum iurando deponentes, aut falſum teſtimonium producentes.

In impedientes quouis modo ne uocati examinentur in curia Epali

Item omnes quoquomodo clam vel palã,directe vel indirecte,per ſe vel per alios impedientes laicos citatos,

aut

aut vocatos, quominus ad examen Curiæ Epiſcopalis veniant, nec abſolui poſſint, niſi facta pænitentia, quam Reuerendiſſimus Epiſcopus, vel eius Vicarius generalis imponet.

In frandantes quartã & alia iura menſę Ep̃ali.

Item omnes quartam (vt vocant) aut qualeſcunque oblationes, vel alia ſimilia iura menſæ Epiſcopali competentia, defraudantes, nec abſoluantur, niſi prius com petenter ſatisfecerint, & debitam receperint pænitentiam.

In nõ ſoluẽtes decimas ſuis parochis ſingulis annis infra ſtatutũ tempus.

Item omnes laici decimas, quæ ſunt iuris diuini, parochis ſuis fideliter non dantes ſingulis annis, quas iuxta vetera ſtatuta diœceſana, volumus ad ſummum per totum menſem Auguſtum præſtari: ita vt ſi quis elapſo menſe auguſto eas nõ dederit, ac tertiò admonitus non paruerit, illico excommunicatus cenſeatur, & pro excommunicato publice in eccleſia ſingulis diebus Domi nicis inter miſſarum ſolemnia publicetur, & valuis eccleſiæ nomen affigatur.

In turbantes poſſeſſionẽ pacificã quorumcunq. bonorũ menſę Ep̃alis, & aliatum eccleſiarum.

Item omnes directe vel indirecte, per ſe vel per alios pacificam poſſeſſionem ædium, agrorum, pratorum terrarum, cenſuum, prouentuum, iuriſdictionum, ac ſimilium, rerum ſtabilium, necnon mobilium magni valoris, ad menſam Epiſcopalem, Capitulum cathedralis eccleſiæ, & quamcunque eccleſiam huius diœceſis pertinentium turbantes, vel moleſtantes, aut fabricas ædificiorum eodem ſpectantium impedire conantes; & non abſoluantur, niſi prius danno ſatisfecerint.

In impedientes quo minus terræ menſæ Ep̃alis & aliarũ eccleſiarũ ad culturã ſuſcipiantur, vel cõducantur.

Similiter omnes directe vel indirecte per ſe, vel per alios, publice vel ſecrete, quocunque quæſito colore, prohibentes vel impedientes, ne coloni, agricolæ, operarij vel alij quicunque agros, terras, prata, vineta, aut quaſcunq. alias poſſeſſiones ad menſam Epiſcopalem, Capitulum, vel quaſcunque eccleſias, aut eccleſiaſticas perſonas ſpectantes, ad colendum ſuſcipiant, vel in eis laborent, aut molendina, montana, ædes, vel alia ſimilia eodem pertinentia pro annuo cenſu conducant, à

qua excommunicatione non abſoluantur, niſi prius di gnam egerint pænitentiam.

In ꝓhibentes ne homines ad molendina, vel montana eccleſiarum accedant, vel molitores turbantes

Similiter omnes per ſe vel per alios, publice vel occulte, directe vel indirecte quocunque quæſito colore prohibentes, vel impedientes, ne homines ad molendina, vel montana menſæ Epiſcopalis, aut quarumcunq. eccleſiarum ad molendum, vel conficiendum oleum accedant, ſiue etiam molitores ipſos, aut montanarios quomodocunque in officio ſuo exercendo turbantes.

In occupantes q̄cunq. immobilia, mobilia, p̄ſertim precioſa, vel iuriſdictionem eccleſiarum & ſciētes non reuelantes.

Item omnes illicite occupata tenentes quæcunq. eccleſiarum prædia, agros, vineta, hortos, olиueta, terras cuiuſcunque generis, poſſeſſiones, ædes, molendina, torcularia, montana, & ſimilia bona ſtabilia, necnon quaſcunque iuriſdictiones: ſimiliter etiam bona mobilia eccleſiaſtica, præſertim precioſa, veluti vaſa aurea, argentea, vel ærea, cruces, candelabra, campanas, pannos ſericos, laneos, lineos, & alia ſimilia. Quam etiam incurrant ſcientes occupatores huiuſmodi, & infra ſpatium quindecim dierum eccleſiarum, quo ſpectant, rectoribus non reuelantes, nec abſoluantur occupatores, niſi præuia ſatisfactione.

In ſacrilegos, & eos ſcientes & nō reuelantes.

Item omnes ſacrilegi, qui res aliquas eccleſiarum, præſertim ad cultum diuinum applicatas furantur, & eos ſcientes, ſi infra ſpatium quindecim dierum eccleſiarum, quarum ſunt, rectoribus non reuelent, nec abſoluantur, niſi facta reſtitutione, & digna pænitentia.

In cędentes vites, oliuas, ſiue quaſcunq. fructiferas arbores ad eccleſias vel menſam Ep̄alem ſpectātes

Item omnes in territoriis ad menſam Epiſcopalem, Capitulum, & quaſcunque eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas pertinentibus vites, oliuas, ſiue quaſcunq. fructiferas arbores, vel etiam alias ad vſum vtiles ſine domini licentia extirpantes, cædentes, frangentes, comburentes, auferentes, nec abſoluantur, niſi prius integre damno ſatisfecerint, & debitam pænitentiam egerint. Quam etiam excommonicationem incurrant eos ſcientes, & infra ſpatium quindecim dierum Curiæ Epiſcopali non reuelantes.

Sunt

Sunt etiam diuerſæ aliæ excommunicationes in prædictis ſtatutis diœceſanis, veluti contra ſchiſmaticos, hæreticos, eorum fautores, libroi eorum tenentes vel legentes, cum eis conuerſationem habentes: necnon contra iniicentes manus violentas in clericum, contra occupantes vel vſurpantes bona vel iura Eccleſiaſtica, aut iuriſdictionem eccleſiaſticam quomodocunq. impedientes, & contra ſepelientes vſurarios manifeſtos, vel hæreticos, & ſimiles aliæ, quas hic enumerari ſuperuacaneum omnino duximus, quòd partim in bulla Cænæ Domini cum multis aliis, partim in aliis caſibus Papalibus, partim etiam inter excommunicationes Epiſcopales contineantur, quæ tamen omnes pro vtilitate & commoditate parochorum & aliorum confeſſariorum, adiectis quibuſdã anno.ationibus neceſſariis, ad finem huius ſynodi ponentur, exceptis iis, quæ in bulla Cænæ Domini inſeri ſolent, quas vnuſquiſque ſingulis annis renouatas & impreſſas facile poterit habere.

QVEDAM DECLARATIONES ſuper dictis excommunicationibus.

CONSTITVTIO XVI.

STatuitur etiam ac declaratur iuxta prædicta ſtatuta vetera diœceſana, vt quæcunque perſona contrafaciens prædictis ſtatutis ſub pœna excommunicationis præceptis, ſi tertiò publice à proprio parocho monita non reſipuerint, ſed obſtinata in malo perſtiterit, data nobis notitia aliter Vicario noſtro generali, publice per excommunicata denuncietur, & ab eccleſia eiiciatur, nec ad abſolutionem admittatur, niſi debita præmiſſa pænitentia.

Perſona prędictis contra faciens ſtatutis ſub pœna excom. pceptis ſi tertiò monita nõ reſipuerit, publice excõmunicata denuncietur.

Admonentur omnes tam laici, quàm clerici, quòd ſi quis pro excommunicato denunciatus infra quindecim dies abſolutionem obtinere non procurauerit, præmiſſa

Perſona excõmunicata denunciata ſi infra quindecim dierum abſolutionem nõ procurauerit, pęnam incurrat, quę ſingulis quindenis renouetur, & ſi ob violentiam manũ in clericum, tunc pœna duplicetur.

ſatisfactione, iuxta antiqua ſtatuta diœceſana, incurrat pœnam decem librarum ceræ albæ elaboratæ: quæ pœna ſingulis quindenis diebus renouetur toto eo tempore, quo in excommunicatione huiuſmodi fuerit. Quòd ſi talis excommunicatio eſt ob violentam manuum iniectionem in clericum, tunc iuxta eadem ſtatuta dicta pœna quindenis quibuſq. diebus duplicetur.

Maiori excõicatione publice irretitus eſt vitandus, minori autẽ minime.

Aduertendum hic eſt etiam, nullum excommunicatum maiori excõmunicatione ab aliis Chriſtifidelibus iuxta extrauagantem Martini quinti in Concilio Conſtantienſi publicatam, vitandum eſſe, niſi publice ſit pro excommunicato denunciatus, vel in clericum manus violentas manifeſte iniecerit. Excommunicatus autem minori excommunicatione non eſt vitandus.

Valet hæc conſtitutio ſcdm Hoſt. Card & Anan. in c. ad aures. de ſimo. & ſequtur Fel. I c. irrefragabili. §. cæterũ. in fi. de off. ordi. Abb. I d. ca. ad aures. num. 5. cũ ibi notatis I addit. Rom. in ſingul 345. ſtatutũ, Card. Alex. in ca. quoniã 18. diſt. 10. Andr. & Zab. I d. ca. ad aures. vbi Anton etiã. & hoc vt ei impetrẽ abſolutio, aliter eſſet ſimonia. Angel. I ver. excõicatio 8. §. 18. ſimiliter hoc habet I ritu curiæ Neap. cõſt. 51.

CASVS QVI COMMVNITER *Reuerendiſſ. Ordinario reſeruari poſſunt.*

NOs N. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus S. Agathæ Gothorum, vel N. Epiſcopi N. &c. Vicarius generalis Reuerendis & venerabilibus Archipresbyteris, Canonicis, parochis, aliiſq. ſacerdotibus omnibus etiam religioſis Ciuitatis, atq. diœceſis, Salutem.

Et ſi nos ſententiis ſanctiſſimorum patrum, multorumque Conciliorum, præſertim Tridentini decretis, ac vniuerſæ Eccleſiæ vſui, & conſuetudini inhærentes ad fidelium huiuſce Ciuitatis diœceſiſque diſciplinam & religionem conſeruandam quorundam grauiorum caſuum abſolutionem nobis aliàs reſeruauimus; ne ij tamen, quibus animarum cura commiſſa eſt, & alij etiam ad quos vt optimos, & fideles miniſteriorum Dei diſpenſatores, poteſtas delata eſt, alios à peccatis abſoluendi per imprudentiam fines tranſgrediantur permiſſæ ſibi facultatis, dictos caſus hoc edicto infra ordine quodam deſcriptos iterum proponi, & promul-

promulgari mandauimus: ſi qui vero confeſſarij tam regulares, quàm ſeculares quemquam, vel his criminibus, quorum abſolutionem nobis reſeruauimus, vel illis, etiam, quorum abſolutio canonum iure, & Apoſtolica auctoritate Epiſcopis reſeruata eſt, illigatum, abſoluere attentauerint, niſi facta ſibi in ſcriptis huius abſolutionis poteſtate, excommunicationis pœnam ipſo iure incurrant.

Deſcriptio caſuū reſeruatorum.

1 Omnis excommunicatio maior, non Papalis.

2 Quæcunque blaſphemia, præſertim hæreticalis in Deum, vel in B. Virginem Mariam, aut in Sanctos, Sanctasq.

3 Homicidium, præſertim voluntarium, aut membrorum mutilatio, à quo etiam peccato neque auctor delicti, neque qui præcepit, aut conſenſit, abſolui poteſt, niſi ſatisfactione præmiſſa.

4 Qualecunque ſacrilegiū publice commiſſum, quod eſt multiplex, primum quo proximus ſiue vir ille fuerit, ſeu mulier in loco ſacro, vel in perſona, vel in bonis læditur, aut vi ab eodem, quo vt tutus eſſet confugerat, abſtrahitur: ſecundo cum ſanguine humano violenter polluitur, vel cum ſemen humanum voluntarie ibidem ſpargitur, aut extra, quando cum perſona ſacra quis fornicatur, idque maxime cum monialis vitiatur, atque alia huius generis quamplurima ad ſacrilegium ſpectantia, ita vt omne ſacrilegium ex conſuetudine caſus ſit Epiſcopalis.

5 Haruſpicium, ſortilegium, ariolatio, diuinatio, incantatio, & id genus alia, quæ qui perpetrant, vt infames nullum dicendo teſtimonium, accuſandoq. locum habent, & ab Eccleſia exterminantur, & niſi reſipuerint, perpetuo ſunt excommunicandi. Quòd ſi in ſacris fuerint, omni dignitate, honoreq. priuari debent.

6 Abuſio ſacræ Euchariſtiæ, vel ſacrorum oleorum,

aut aliarum rerum ſacrarum.

7 Adulterium reiteratum.

8 Inceſtus, quod eſt fornicari cum conſanguineis, vel affinibus, vſque ad quartum gradum incluſiue.

9 Sodomia, quod eſt peccatum contra naturam.

10 Nefandus cum beſtiis concubitus.

11 Fornicatio cum ſpirituali filia à ſe prius baptizata, aut è ſacro fonte ſuſcepta, aut ad confirmationem præſentata, aut cuius confeſſionē audiuerit, ac cū quibuſuis à fide Chriſtiana alienis, veluti cum Iudæis, Sarracænis, ac cæteris id genus hominibus.

12 Fornicatio cum compatre, vel commatre.

13 Raptus virginum, vel ſtuprum per vim vel fraudem virgini oblatum.

14 Crimen mulieris, quo filius ex alieno viro ſuſceptus, à marito ſuo, qui filium ſuum eſſe credit, hæres in aliorum præiudicium inſtituitur.

15 Qui matrimonio cum aliqua perſona iungitur poſt ſponſalia cum altera facta, ac iureiurando confirmata & ſtabilita.

16 Qui fidei vinculo aſtricti de matrimonio inter ſe cō trahendo, antequam ſolemni ritu illud ex præſcripto Eccleſiæ celebrent, vnà coeunt.

17 Qui nuptias contrahit poſt ſimplex votū caſtitatis (emiſſum.

18 Qui filium ſuum, aut filiam abſque neceſſitate baptizat, aut in baptiſmo, vel confirmatione tenet.

19 Parentes in communi lecto ad lactandum, ſeu dormiendum vtriuſque ſexus filiolos tenentes ante completum annum à natiuitate eorum.

20 Filiorum oppreſſio, & abortus ac ſterilitatis in ſe, vel in alia perſona procuratio.

21 Qui mortem coniugi machinatur.

22 Parentum, hoc eſt, patris vel matris verberatio.

23 Qui ſtateras, & menſuras adulterarint, vel corruperint.

24 Vſura manifeſta, ac rerum incertarū ſeu famæ reſtitutio.

25 Incen-

25 Incendiarij doloſi ante denuntiationem, quia poſt denũciationem fit caſus Papalis; Item extirpatores, vel inciſores doloſi vitium, oliuarum, aut aliarum arborum, præſertim fructiferarum alienarum perſonarum.

26 Crimen falſarij, ſeu falſi, quo non ij ſolum obſtringuntur, qui litteras, aut ſcripta falſa ſupponunt; ſed falſi etiam teſtes, qui à mendacio contra veritatem ſtant; aut ij, qui rogati veritatem cœlant, aut periuri, qui fidem, ac iuſiurandum negligunt & violant; aut qui ius ipſum iurando peruertunt; item etiam impedientes aliquem examinari in curia Eccleſiaſtica.

27 Occupatores, ſeu vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum, vel eorundem ſine legitima licentia alienatores.

28 Detentores mali ablati incerti, quod Curiæ Epiſcopali debetur, & non aſſignantes.

29 Concubinarij etiã ſecreti, ſiue ſint clerici, ſiue laici.

30 Frangentes ieiunia de præcepto Eccleſiæ, quoad cibos vetitos, & præſertim carnibus veſcẽtes abſq. legitima cauſa ab vtroq. medico ſpirituali & temporali in ſcriptis approbata, & Reuerendiſſimi Ordinarij, vel eius Vicarij generalis licentia non obtenta.

31 Clerici beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, horas canonicas, & alia diuina officia obligatoria non dicentes, & penſionarij officium beatæ Mariæ Virginis non recitantes.

32 Clerici in habitu & tonſura publice non incedẽtes.

33 Clerici publice vel ſecrete luſores taxillorum, vel chartarum, ſeu auellanarum.

34 Filios vtriuſque ſexus, vel famulos, ſeu ancillas, aut alios ſub tutela habentes, articulos fidei, & orationem Dominicam, atque Angelicam ſalutationem ignorantes, & ad ea diſcenda ex contemptu

non

non mittentes, vel eos ire impedientes.

35 Item omnis vtriuſque ſexus, qui ad ætatem perfe-ctam diſcretionis peruenit, & articulos fidei, orationemq. Dominicam, atque ſalutationem Angelicam non didicerit, ſaltem in ſubſtantia.

36 Confeſſarij, qui aliquid à pænitentibus nomine reſtitutionis, aut ſatisfactionis, vel pro miſſis celebrandis ob pænitentiam iniunctis petierint, exegerintve: qui neque abſolui poſſint, niſi prius reſtituant quod acceperint.

Admonitio ad confeſſarios.

Vt autē ſacerdotes, quibus hoc audiendæ ſacræ confeſſionis munus commiſſum eſt, eam ipſam excommunicationis pœnam, quam iam ediximus, quamdiligentiſſime caueant, ſciantq. præterea, quibus quaſi finibus eorum auctoritas contineatur, caſuum qui ſupraſcripti ſunt, tum eorum qui ſummo Pontifici, canonum iure reſeruati ſunt, tum illorum præterea, qui ad Epiſcoporum abſolutionem canonicis ſanctionibus pertinent, copiam authenticam teneantur accipere, & illam cum bulla in Cœna Domini confeſſionalibus affigere, ſub pœna arbitrij noſtri. Regulares autem & ſeculares presbyteri, qui ad audiendas confeſſiones exponi volunt, coram nobis, vel à nobis deputatis examē ſubeant, vt idonei reperti admitti poſſint cum licentia in ſcriptis data. Qui vero ſint ad audiendas confeſſiones generaliter expoſiti & approbati, exprimentur inferius. Aduertant autem parochi generaliter à nobis non expoſiti, ne alienos parochianos ad confeſſionem admittant, abſq. proprij parochi licentia in ſcriptis data. Et nemo parochorum alicui ex parochianis ſuis alij ſacerdoti extra diœceſim confitendi facultatem, quam nobis reſeruauimus, dare præſumat. Inſuper admonētur confeſſarij quicunq. tam parochi, quàm alij expoſiti, vt omnium ſibi confitentium nomina notent; parochi quidem vt memores ſint poſt octauam Paſchalem eorum, quorum confeſſionem exceperunt: alij vero vt cuiq. ſibi confeſſo teſtimonium

ſcri-

ſcriptum tradant, quod proprio parocho præſentetur, qui proxime poſt elapſum tēpus Paſchale teneatur parochianorum ſuorum, qui confeſſi ſunt, & communicarunt, ſimiliter & illorum, qui vel non ſunt confeſſi, aut non communicarunt, nomina ad Curiam noſtram mittere. In quorum, &c. Dat. in Epiſcopali Palatio die N. anno N.

FORMA PROFESSIONIS fidei præſtandæ.

EGo N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula, quæ in fidei continentur Symbolo, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur in Miſſa, videlicet.

Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omniū & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum, de Deo vero, Genitum non factum conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: Qui propter nos homines, & propter noſtrā ſalutē deſcendit de cælis: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiā pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt, cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioq. procedit: Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus es per Prophetas. Et vnam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi. Amen.

Apoſto-

Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasq. eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones, firmiſſime admitto & amplector.

Item ſacram ſcripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum admitto, nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor.

Profiteor quoque ſeptem eſſe vere, & proprie ſacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta; atque ad ſalutem humani generis (licet non omnia ſingulis) neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pænitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: illaq. gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reiterari non poſſe.

Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus, in ſupradictorum omnium ſacramentorum ſolenni adminſtratione, recipio & admitto.

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.

Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, propriũ, ac propitiatorium ſacrificium, pro viuis & defunctis: atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento eſſe vere, realiter, & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem vnà cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fieriq. conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionem catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat.

Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie, totum, atq. integrum Chriſtum verumq. ſacramentum ſumi.

Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasq. ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari.

Similiter confiteor, & Sanctos vnà cum Chriſto regnantes

gnantes, venerandos, atque inuocandos, eosq. orationes pro nobis Deo offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas.

Firmiter quoq. aſſero imagines Chriſti, ac Dei paræ ſemper Virginis, necnon aliorum ſanctorum habendas, & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam.

Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq. vſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo.

Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco: Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo, ac iuro.

Cætera item omnia à ſacris canonibus, & œcumenicis conciliis, ac præcipue à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor: ſimulque contraria omnia atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo.

Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam, vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, me curaturum promitto. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Acta in fine Synodi.

QVia nonnulli querũtur Synodos diœceſanos fre quentius haberi, quàm illis videretur opportunum, id quod tamen verum non eſt, cum iam ab anno cum dimidio nullam celebrauerimus, & ſacri [illegible] annuas decreuerint: & alij quidam ſub fu- canones eas [illegible] etiam leuiſſimi impe catæ exemptionis vel cuiuſcunque [illegible] minus dimenti prætextu ſubterfugere conantur, quo [illegible] eis interſint, cum tamen de iure vel conſuetudine adeſſe teneantur: volentes vtriſque vno verbo ſatisfacere, decretum ſacroſancti concilij Tridentini ſuper ea re ſalubriter editum pro reſponſo addučendum duximus, quo non modo exprimitur quãdo ſynodi diœceſanæ celebrari debeant, verum etiam, qui eis intereſſe teneantur, & eſt huiuſmodi: Synodi diœceſanæ quotannis celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, qui aliàs, ceſſante exemptione, intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur, ratione tamen parochialium, aut aliarum ſecularium eccleſiarũ, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicunque illi ſint, Synodo intereſſe. Quòd ſi in his tam Metropolitani, quàm Epiſcopi, & alij ſupraſcripti negligentes fuerint; pœnas ſacris canonibus ſancitas, incurrant. Ne igitur pœnas huiuſmodi incurramus, ſi officium in hoc noſtrũ neglexerimus, ordinamus & mandamus, vt quotannis ſemel, tempore Epiſcopo bene viſo Synodus noſtra diœceſana habeatur, cui ſub prædictis pœnis ſemper interſint oẽs dignitates, & duo ad minus canonici nomine Capituli cathedralis eccleſiæ, necnon Abbates, Archipresbyteri, Primicerij, Parochi, aliiq. omnes, qui de iure vel conſuetudine Synodis huiuſmodi intereſſe ſoliti ſunt. Qui vero rationabili infirmitatis impedimento detenti perſonaliter comparere non vale bunt,

Conci. Tridẽt. ſeſſ. 24 c.2. ref. in fi.

Synodus in hac Agathen. diœceſi ſingulis annis, iuxta ſacros canon. tpe Epõ bene viſo habeatur, & q intereſſe teneant.

bunt, procuratores canonice inſtitutos ſuo loco mittant, & huiuſmodi infirmitatis impedimentum in ſynodo legitime conſtare faciant.

Præcipitur ſub grauiſſima pœna omnibus curam animarum habentibus, vt iuxta vetera ſtatuta diœceſana, ſaltem ſemel in anno videlicet feria quinta Cœnæ Domini vel alio die eis bene viſo in propriis Eccleſiis hominibus ſibi cõmiſſis publicent per ſe vel per alios hæc noſtra ſtatuta laicos concernẽtia. Quæ vero ad clericos pertinent, ea Archipresbyteri ſimiliter clero ſibi cõmiſſo per ſe vel per parochos ſub pœna quinquaginta librarum ceræ albæ elaboratæ infra ſpatium vnius mẽſis ab horum ſtatutorum publicatione, & deinde ſingulis annis ſemel tempore magis commodo publicari curent: & abſentes ſine cauſa rationabili à prædictis Archipresbyteris approbãda pro ſingulis vicibus quatuor libras ceræ albæ elaboratæ perſoluant, in pios vſus arbitrio noſtro applicandas.

Præcipitur curam animarum habẽtib. vt ſtatuta huius Synodi laicos concernentia publicent.

Mandatum ſimile de ſpectãtibus ad clericos.

Atq. hæc ſunt, quæ hoc tempore pro huius diœceſis neceſſitate ad honorem & gloriam Dei, diuini cultus incrementũ, ordinis Eccleſiaſtici dignitatem, ſalutemq. omnium tam laicorum, quàm clericorum ordinanda & conſtituenda duximus, in aliis omnibus ad decreta ſynodi Prouincialis Beneuenti anno M.D.LXVII. habita nos referentes, quæ diligenter obſeruari & executioni debitæ demandari volumus. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium præmiſſorũ his ſigillo noſtro, quo in talibus vti conſueuimus, munitis, propria manu ſubſcripſimus, vnà cum omnibus qui huic ſynodo interfuerunt. Dat. in Aula noſtræ reſidentiæ Epiſcopalis. Anno Dñi M. D. LXXXVII. die vero xxviij. menſis Aprilis Pont. ſanctiſs. D.N. Sixti Papæ V. Anno III. Præſulatus autem noſtri anno Quinto.

Ad Dei gloriam, diuini cultus augmentũ, Eccleſiaſtici ordinis dignitatem & ſalutem omnium ſupradicta ſtatuta ſunt concinnata atque diuulgata.

F. Felicianus Epiſcopus ſanctæ Agathæ.

Subſcriptiones.

Lactantius Caſnedus I. V. D. Archidiaconus ſanctæ Agathæ Gothorum confirmo vt ſupra, & vt parochus

S. Agathæ de Amarenenis huius Ciuitatis.
Andreas Lollus Decanus S. Agathæ cõfirmo vt ſupra.

Ego D. Franciſcus Florieta Primicerius Agathenſis I. V. D. prædicta confirmo etiam vt parochus ſanctorũ Bartholomæi & Petri.

Ego D. Andreas Mazzonus procurator Reuerendi Dñi Primicerij Mazzoni confirmo vt ſupra.

Ego D. Marcus Antonius Sebaſta canonicus & theſaurarius confirmo vt ſupra.

Ego Alexander de Ruſſis canonicus deputatus à Reuerendo Capitulo.

Ego D. Hortenſius Rayetanus canonicus S. Agathæ deputatus à Reuer. Capitulo.

Ego D. Iulius di Tibure Cellerarius terræ Ayrolæ Ord. Montis Olivueti pro tribus Eccleſiis Monaſterio incorporatis, videlicet S. Laurentij del Burgo, & S. Donati, atque S. Viti caſalis Luzzani.

Ego D. Berardus Maffæi Archipresbyter Arpadij, confirmo vt ſupra.

Ego Archipresbyter Federicus de Berna affirmo vt ſupra.

Ego D. Thomas Deodatus canon. procurator, ſeu deputatus ab Illuſtri & admodum Reuer. D. Pompeo Bazzuto Abbate S. Mennæ accepto vt ſupra.

Ego D. Pyrrhus Ioãnes Bonellus Archipresbyter Argentij confirmo vt ſupra, idem etiam pro Reuerendo Abbate Bonello.

Ego D. Chriſtophorus de Crema Vicarius Archipresbyteralis terræ Durazzani confirmo vt ſupra manu propria.

Ego D. Franciſcus de Ferdinandis Archipresb. terræ Fraxij confirmo vt ſupra.

Ego D. Nicolaus Recilianus Archip. & Vicarius foraneus Caſtri Vallis confirmo vt ſupra.

Ego D. Bernardinus de magiſtro Ioanne Caſtri Vallis Archip. Caſtri ducente confirmo vt ſup. manu prop.

Ego

Ego D. Matthæus Boſſolinus Archipresbyter Caſtri Balneoli confirmo vt ſupra.

Ego D.Fabritius Tideus procurator magnif.& Reuerendi Detij Yaſij Archip. terræ Orculæ confir. vt ſupra.

Ego D.Proſper litteris Prim.terræ Arpadij confirmo vt ſupra.

Ego D.Hieronymus Stucillus Canonicus terræ Arpadij procurator Capituli, confirmo vt ſupra.

Ego D.Franciſcus Limata Canonicus,ſanctæq. Agathæ eccleſiæ cathedralis parochus, interfui & approbaui.

Ego D. Ioannes Mazzonus parochus ſancti Ioannis ad corte, & canonicus cathedralis.

Ego D. Horatius Ruſſus canonicus cathedralis,& parochus ſancti Nicolai extra muros.

Ego D. Iulius Parillus canonicus & parochus ſancti Angeli in Munculanis ciuitatis ſanctæ Agathæ.

Ego D.Ioannes Baptiſta de Donato viceparochus S. Symeonis.

Ego D. Laurētius Barberius parochus ſanctæ Mariæ de Futinis.

Ego D. Alexander de Luca primicerius terræ Ayrolæ, fateor vt ſupra.

Ego D.Scipio Balſeranus parochus ſancti Petri Caſalis Moiani.

Ego D. Ioannes Baptiſta Albarella parochus S. Angeli della Serpentara.

Ego D.Marcellus Mele parochus S.Angeli noui terræ Ayrolæ.

Ego D.Ioannes Baccarius parochus S. Ioannis à Paſtorano terræ Ayrolæ.

Ego D.Ioannes Carolus Pyronus parochus S.Nicolai Luzzani terræ Ayrolæ. *

Ego D. Scipio Mancinus terræ Ayrolæ procurator cleri dictæ terræ.

* Ego D. Iulius Baleſtrerius parochus S. Ioannis Carrici terrę Ayrolæ.

Ego D. Ioannes Iacobus Affinita vicarius foraneus terræ

terræ Argentij.

Ego D. Iacobus Hieronymus Primic. terræ Argentij confirmo vt ſupra.

Ego D. Cæſar Licterius parochus S. Felicis, pro me, & aliis duobus collegis meis, & inſuper etiam nomine D. Proſperi Licterij procuratoris parochiæ ſancti Leonardi terræ Argentij, me ſubſcripſi.

Ego D. Matthias Martius parochus ſancti Petri, & procurator Reuerendi D. Liuij Auellini parochi ſanctæ Agnetis terræ Argentij.

Ego D. Octauius Matthi procurator D. Bartholomæi Magnozi parochi S. Leonardi terræ Argentij, confirmo vt ſupra.

Ego D. Ioannes Baptiſta Ratulus parochus S. Nicolai terræ Argentij, manu propria.

Ego D. Donatus Papa parochus S. Erami, vicarius foraneus terræ Durazzani, confirmo vt ſupra.

Teſtimonium Notarij.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. A natiuitate ipſius milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, die vero vigeſima octaua menſis Aprilis, Indictione decima quinta, Pōtificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno tertio. Congregatis, & in vnum coadunatis ſecunda die Synodi diœceſanæ RR. Dominis Archidiacono, Decano, Primiceriis, Theſaurario, reliquisq. canonicis cathedralis ecclesiæ ſanctæ Agathæ, necnon Archipresbyteris, Primiceriis, & Parochis ciuitatis, ac totius diœceſis, & aliis, qui de iure vel de conſuetudine huiuſmodi Synodo diœceſanæ intereſſe debent, ſummo mane, habito prius in maiori altari cathedralis eccleſiæ ſacro de Spiritu ſancto per Reuerendum D. Federicum de Berna Archipresbyterum terræ Ayrolæ Illuſtris & Reuerendiſs. D. Epiſcopus Pontificalibus indutus omnia

& ſin-

& ſingula, quæ in libro Pontificali pro ſecūda die ſynodi ſunt peregit, cæteris ꝓſequentibus, vt oportebat: quibus cōpletis, & data per Reuerendiſſimū benedictione, depoſitisq. veſtibus pontificalibus ſacrarium ad proſequendam Synodum omnes ingreſſi ſunt, vbi ſedentibus omnibus ex conſenſu omnium fuerunt per R. D. Archidiaconū perlecta quinq. edicta à Reuerendiſſimo à tempore ſuperioris Synodi Argentij celebratæ hucuſq. pro diœceſis neceſſitate, & vtilitate promulgata, & ea non ſolum mature conſiderata, ſed etiam commendata & digna iudicata à patribus vt diligenter obſeruentur, & ad vſum referantur; perlecta ſunt & iam per eundem ſtatuta Synodalia, quæ de nouo pro diœceſis neceſſitate & vtilitate fuerunt compoſita, vt quiſque diceret ſuā ſententiam, ſi quid in mentem veniebat, id quod non modo vſq. ad horām prandij, verùm etiam poſt prandium diligenter & conſiderate præſtitum eſt. Cumq. ad finem peruentum eſſet, decreta huiuſmodi omnia quibuſdam in locis vt melius viſum erat accommodata & aucta nemine diſcrepante commendarunt, atque approbarunt, quemadmodum etiam fecerunt die præcedenti cum decretis & ſtatutis ſuperioris Synodi Argentij celebratæ; quæ omnia pari conſenſu fuerunt per eoſdem approbata, quibuſdam tamen in locis correcta. In quorum omnium robur ac teſtimonium, omnes præſentes propriis manibus ſubſcripſerunt in præſentia mei Notarij infraſcripti & Ordinarij Actuarij Epiſcopalis Curiæ Agath. Quia vero hæc omnia perfecta ſunt circa horam vigeſimamprimam rogarunt Reuerēdiſſimum D. Epiſcopum vt eo veſperi finem Synodo imponere dignaretur, eosq. domum ad eccleſiarum ſuarum gubernacula, & negotia tractanda redire ſineret; quorum precibus Reuerendiſſimus D. Epiſcopus inclinatus iuſſit campanas omnes eccleſiæ cathedralis pulſari pro ſolemnitate actus finiti, & omnes egreſſi ex ſacrario ad altare maius progreſſi ſunt, vbi Reuerendiſs. Pontificalibus indutus, peregit, & cæteri

teri proſequuti ſunt, ea omnia, quæ in libro Pontificali pro tertia die Synodi continentur; habita etiam gratiarum actio eſt latina per R.D.Octauium de Gloria cathedralis eccleſiæ canonicum; quibus omnibus ita peractis & per Reuerendiſſimum admonitis de his, quæ illotum concernunt officium, & animarum curã; dataq. poſtremo loco benedictione Pontificali cũ indulgẽtiis conſuetis; Reuerendiſſimus omnibus licentiam abeundi dedit. Et in fidem præmiſſorum omnium, Ego Ioannes Antonius Canellus Notarius prædictus & Ordinarius Actuarius curiæ Epiſcopalis Agathen. ad hæc dum ſic fierent, ſpecialiter vocatus & requiſitus, hic me ex officio ſubſcripſi, ſignumq. meum ſolitum & conſuetum appoſui. Anno, menſe, & die ſupraſcriptis.

N.Io.Antonius Canellus Or.Act.

APPENDIX DE EXCOMMVNICATIONIBVS PAPALIBVS IN BVLLA COENÆ DOMINI non contentis, & aliis, quæ Epiſcopales nuncupantur.

AD LECTOREM.

CVM in hac poſtrema Synodo confeſſarij omnes expoſiti, etiam regulares admoniti fuiſſent, vt neminem ab excommunicationibus tã Papalibus quibuſcunque, quàm Epiſcopalibus, & aliis caſibus reſeruatis abſoluere præſumerent ſub grauiſſimis pœnis, vltra nullitatem abſolutionis, niſi expreſſam facultatem ab illis, quorum eſt eam impertiri, habeant, vt omnes dictarum excommunicationum, cum Papalium, tum vero Epiſcopalium, & aliorum caſuum reſeruatorum debitam intelligentiam aſſequerentur, fuit mandatum quoad excommunicationes Papales in bulla Cœnæ Domini contentas, & ſimplices caſus ordinario reſeruatos, vt quiſque exemplum apud ſe, aut confeſſionali, vel in

Sacrario affixum haberet: quo vero ad alias excommunicationes Papales & Epiſcopales ſummas aliquas, vel alios libros de illis tractantes compararet.. Quia vero difficile poſtea videbatur, vt quilibet ſibi de huiuſmodi libris prouidere poſſet, valde opportunum fore exiſtimatum eſt, vt excõmunicationes huiuſmodi in vnum collecta ad publicam commoditatem hic ad finem Synodi deſcriberentur: quod facile perfectum eſt ex libro de cenſuris & irregularitate Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi noſtri Agathen. eo tempore impreſſo, quo Nuntij Apoſtolici munere fungebatur & eccleſiæ Scalen. præerat, in quo ſane opere dictæ excommunicationes tum Papales, tum etiam Epiſcopales, tam à iure, quàm ab Epiſcopis reſeruari communiter ſibi ſolent ex ſacris canonibus, præſertim concilij Tridentini decretis, & bullis Pontificiis prolixe, & ad rem ac propoſitum noſtrum ſatis opportune enumerantur: imo etiam docetur, in quibus caſibus poßint ordinarij abſoluere ab huiuſmodi excommunicationibus Papalibus, & qui ſint caſus, in quibus aliqui incurrũt excommunicationem Papalem, & quidam non. Quam ob rem parochi, & alij curam animarum habentes, necnon confeſſarij quicunque etiam regulares, quorum commoditas in hoc maxime ſpectata eſt, diligentem operam & ſtudium adhibeant, vt non modo conſtitutiones Synodales, ſed ſequentem etiam excommunicationum prædictarum tractatum legant, conſiderent, familiarem habeant, probe teneant, & ad vſum debite referant: præterquam quod enim habebunt, quo muneri ſuo quoad hoc plene ſatiſ-

ſatisfaciant, pœnitentium ad eos recurrentium etiam ſaluti plurimum hæc res proderit, cedetq. id totum ad Dei honorem, & animarum ſpirituale emolumentum, quod vtrumque ſacroſancta Eccleſiæ ſacramenta, præſertim pœnitentiæ miniſtrantibus ob oculos in primis verſari debet.



EXCOMMVNICATIONES Papales in Bulla Cœnę Domini non comprehenſæ ex extrauag. Pauli Secundi & Sixti Quarti cap. 3. & 5. de pœnitent. & remiſs. depromptæ.

In violatores interdicti à Papa impoſiti.

In cōſpirantes in perſonā, Papę &c.

VIolatio interdicti à ſede Apoſtolica impoſiti. cap. 3. & 5. de pæn. & remiſs. in prædict. Extrauag.

Conſpiratio, ſeu rebellio, aut alia quæuis offenſa in perſonam, aut ſtatum Romani Pontificis facta d. cap. 3. & 5. de pæn. & remiſs. &c.

In interfectores & mutilatores nō ſolum preſbyterorum, ſed etiam aliorū Clericorū.

In eos qui ſuadēte diabolo clericū vel monachū percuſſerint, &c.

d. c. 3. & 5. de pœn. et remiſs. in præd. extrauagante.

ex 17. q. 4. c. ſiquis ſuadente.

Presbytericidium, ſub quo & interfectio comprehenditur, & membrorum mutilatio, ſeu violenta atque atrox percuſſio, vel alia quæcunque grauis læſio, (nam ſi ſit leuis, caſus Epiſcopo diſcutiendus relinquitur, vt inferius oſtendemus) cuiuſcunque non in ſacris modo ordinibus conſtituti, ſed cuiuſlibet etiam minoris clerici, vel primam ſaltem tonſuram habentis, ac monachi, etiam nouitij, cap. 21. De ſent. Excom. in 6. Quam excommunicationem non ij ſolum incurrunt, qui facinus iſtud patrant, ſed etiam qui id fieri iubent, vel conſentiunt (nam facientes, ac conſentientes pari pœna plectuntur, vt Catholica vult auctoritas) ſeu ad id conſilium, auxilium, ac fauorem præſtant: imo poſt factum etiam, qui illud ratum habent, ſi eorum nomine admiſſum, ſin minus non, licet peccent. Præterea qui cum poſſint huic malo non occurrunt. Excipiuntur tamen hic quidam caſus, in quibus is, qui clericum percuſſerit nullam incurrit excommunicationem, de quibus paulo poſt ſigilla-

Inmandantes, vel conſentientes clericum percuti.

De ſent. Excom. c. 47.

Ex 6. c. 23. de ſent. excom. & de ſent. excōicat. c. 6. §. 2.

Ratam habētes clerici percuſſionem, ſi illorū nomine eſt facta.

Quibus caſib. cēſuram non incurrunt clericorum percuſſores.

De ſent. excom. d. c. 47

d. c. 3. & 5. de pœn. & remiſs. in Extrauag.

ſigillatim agemus.

d.c.3. & 5. de pœ.& remiſs. in extrauag.

In offendẽtes perſonã epiſcopi vel alterius Prælati.

Offenſa perſonalis non ſolum in Epiſcopum, ſed etiam in quemcunque alium Prælatum.

De ſimonia c. cũ deteſtabile. in extrauag. e. iuſdẽ Pauli ſecũdi & c. non ſatis. & c. conſuluere. de ſim. tit. 3. lib. 5. Decretaliũ.

In committentes ſimoniam.

Simonia ſuper ſepultura, chriſmate, oleo ſancto, benedictionibus nubentium cæteriſq. Sacramentis omnibus, beneficiis, ordinibus, ac quibuſcunque dignitatibus in eadem Curia, vel extra contracta: quam non is tantum incurrit, qui ſacros ordines, beneficium, aut quid aliud quomodocunque ſpirituale atque Eccleſiaſticum, ſimoniace confert, vel recipit: ſed qui operam ſuam quoque aut conſilium interponit, vbi rem temporalem pro ſpirituali dandi vel accipiendi voluntatem habet, cum ſignificatione alicuius pacti expreſſi, aut taciti, in quod pactum pars vtraque conſenſerit, quæ realis ſimonia in eccleſiaſticis beneficiis admiſſa coniunctam habet obligationem ad beneficia non retinenda, eorumque fructus reſtituendos. Tam ementes verò, quàm vẽdentes, ab illa Eccleſia, in cuius contumeliam, pecuniam dare, atque accipere voluerunt iuſte excludantur. In ordinibus autem tam ordinatum quàm ordinãtem, cum Giezi, & Simone condemnat: ita vt nõ poſſint ea, quæ ſui ordinis ſunt, citra ſpecialem facultatem exequi, quinimo ex Eccleſia Dei exterminari debent, atque repelli. Nam (vt Deodatus Papa vir eximiæ ſanctitatis ait) omnis peccator miſſam cantare poteſt, præter ſimoniacum, quem quilibet (vt ab ordine male ſuſcepto remoueatur) accuſare poteſt, vel meretrix etiam.

In præſtantes operam ſimoniacis.

Acquiſita per realem ſimoniã reddenda.

Vterq. contrahẽs ſimoniam excluditur ab illa Eccleſia.

c.19. d. t. de ſimonia.

Simoniace ordinatus vnà cũ ordinante condemnatur.

c.6. d. t. c. 7. d. t. de hac materia diffuſius habetur in d. t. de ſimonia per totum.

Quilibet admittitur ad accuſationem ſimoniaci.

Martinus Papa V. in conc. Conſtant.

A pœnis ſimoniæ nulla dignitas eximitur.

Hinc & Martinus V. in concilio Cõſtãtienſi inquit: Statuimus inſuper quòd dantes, & recipientes ſimoniace, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiam ſi Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate.

In commutantes vel diſpenſantes vota vltramarina.

Commutantes, ſeu diſpenſantes emiſſa vota peregrinationis vltramarinæ, & viſitationis liminũ Apoſtolorum Petri & Pauli, ac D. Iacobi in Compoſtella,

quo-

quoniã diſpenſatio huius voti vltramarini, ad ſolum Papam, aut à Papa auctoritatem habentem ex iure, vti habetur etiam cap. 2. 7. & 9. de voto & voti redempt. ac reliquorum duorum ſecundum aliquos ex conſuetudine ſpectat; ſed iuxta prædictam extrauagantem Sixti quarti cap. 5. de pænit. & remiſs. & horum duorum abſolutio Papæ ex iure conuenit.

In diſpenſantes votũ perpetuæ caſtitatis, vel religionis.

Similiter diſpenſantes votum ſimplex ſeruandæ caſtitatis perpetuæ, aut religionis: vti etiam habetur cap. 10. de vo. & vo. red.

In d. extra. Sixt. iiij. de pænit. & remiſſ. c. 5.

Contra abſoluẽtes vel diſpenſantes, aut cõmutantes in ſupradictis caſibus, &c.

Et ſi qui confeſſorum quempiam à dictis caſibus non ſolum in bulla Cœnæ Domini, ſed etiam in prædictis extrauagantibus, Pauli ſecundi & Sixti quarti comprehẽſis abſoluere, aut dicta excepta vota commutare attentauerint, abſolutio & cõmutatio huiuſmodi nullius erit roboris vel momenti. Et cõtrafacientes eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrẽt, à qua (niſi in articulo mortis conſtituti) ab alio quàm à Romano Pontifice abſolui non poſſunt.

ALIAE EXCOMMUNICATIONES Summo Pontifici ſimiliter reſeruatæ ex Decreto, Decretalibus Clementinis, aliiſq. Extrauag. necnon Conciliis, præſertim Tridentino, & Bullis nonnullis Summ. Pontificum collectæ.

In noĩatim excõicatos à Papa.

Excommunicati nominatim à Papa, c. 34. de electione & electi poteſtate.

In clericos, qui cũ talibus ſciẽter cõmunicant.

Clerici quicunque, qui cum excommunicatis nominatim à Papa ſcienter & ſponte participarunt, eosq. in officiis receperunt, c. 18. de ſent. excomm.

Qui

Qui ſcienter in crimine crimino ſo communicant cum iis, qui nominatim à Papa excommunicati ſunt c.29. de ſent. excom.

In cõicantes cum nolatim excõicatis à Papa in crimine criminoſo.

De elect. & electi pot. c. 17. in 6.

Imperator, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes, Baro, vel quicunque præeminentis potentiæ, aut dignitatis eſt, ſeu frater, filius, aut nepos eorum ſi ad tempus, vel in perpetuum: aut alius quiuis, ſi vltra annale ſpatium, per ſe, vel per alium, Vrbis Romanæ dignitates, & officia quomodocunque abſque ſpecialis Sedis Apoſtolicæ licentia vſurpet. Et hæc excommunicatio non in aſſumptos modo, ſed in aſſumentes etiam conſentientes, conſilium, fauorem, auxiliumve publice vel clam præbentes, & iiſdem obtemperantes cadit.

In magnates Romanę vrbis dignitates, officia, &c. vſurpantes.

In conſentientes quõlibet in prędictã vſurpationẽ.

De ſent. ex cõm. c. 2. in clem.

Domini temporales, qui cogũt aliquos in loco interdicto diuina celebrare: aut qui per præcones populum, vt iis interſint, aduocari iubent: aut prohibent, ne publice excommunicati, vel ſuper hoc interdicti per eosq. qui Miſſas celebrant, admoniti è templis exeant. Atque illi ipſi, qui nominatim moniti non exeunt, in hanc tandẽ excommunicationem pariter cadunt.

In cogentes celebrare diuina in loco interdicto.

d. cap. 2. de ſent exc. in clem.

Qui prohibent, quo minus publice excommunicati, interdictiue de eccleſia exeant, quo tempore Miſſæ celebratur ſacrificium, ſi eis à celebrantibus denunciatum ſit, vt de eccleſia exeant.

In ꝓhibentes, ne excõicati vel interdicti ẽt iuſſi à celebrante tp̃e diuinorum de eccleſia exeant.

d. cap. 2. de ſent. excõ. in clem.

Excommunicati publice, & interdicti, ſi à celebrantibus nominatim moniti fuerint, vt eccleſia exeant, idq. facere contempſerint.

In excõicatos, & interdictos, qui moniti exire recuſant.

De ſen. excõ, c. 2. in 6

Qui eos grauarunt, qui excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam pronunciarunt, vel quorum cauſa ſententia eſt pronunciata: ſi in eadem ſententia duorum menſium ſpatio permanſerunt.

In grauantes eos, qui cenſuras contra aliquẽ pronũciarunt, aut in cã fuerunt: ſi ꝑ duos menſes ſuſtinuerint.

De ſepul. c. 2. in extra.

Qui in locis Chriſtianorum defunctorum corpora ad alia loca tranſportanda exenterant, atque inhumani-

In crudeliter tractantes corpora defunctorum.

maniter, ac crudeliter tractant, vel tractanda curant.

In confringentes loca ſacra.

Locorum ſacrorum fractores, atq. ſpoliatores ab Eccleſia denunciati.

De ſent. excom c. 22.

In diſtrahêtes bona eccleſiarũ, aut piorũ locorum, à qua excõicatione abſolutio impendi non poteſt, niſi prævia reſtitutione.

Quiſquis clericorum, aut laicorum, quacunq. is ſit dignitate alicuius eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſecularis, vel regularis beneficij, Montium pietatis, aliorumq. piorum locorum iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia & emphyteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcunq. obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel per alios quomodocunque in ſuos vſus conuerterit, vſurparitq. ſeu impedierit, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur. A qua excommunicatione abſolui non poſſunt, quoad occupata reſtituerint. Et ſi eiuſdem patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra excommunicationis ſententiam eo ipſo priuatus exiſtat. Si vero clericus, eiſdem pœnis ſubiaceat, necnon quibuſcunque beneficiis priuatus ſit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis, & à ſuorum ordinum executione etiam poſt integram ſatisfactionem & abſolutionem, ſui ordinarij arbitrio ſuſpenſus.

Cõci Trid. ſeſſ. 22. c. 2 decr. de reform.

Patronus diſtrahens bona Eccleſiæ excommunicatur, & iure patronatus cadit. Et ſi fuerit clericus vſurpãs bona eccleſiæ pter excõicationẽ omnib. beneficiis priuatur, & inhabilis ſit ad rehabẽda.

In vſurpantes indebite fructus beneficij vacantis.

Singulares perſonæ accipientes ex priuilegio, vel conſuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis, iuxta bullam Pij Quinti, quæ incipit, Dudum, editam anno incarnationis Dominicæ M. D. L X X. pridie Cal. Iunij, Pont. ſui anno quinto.

Recipiẽtes in cõfidentiam beneficia vel huius generis alia.

Omnes & ſinguli prælatis exceptis eccleſias, monaſteria, beneficia, fructus, penſiones, regreſſus, reſeruationes, & ſimilia, etiam de iurepatronatus, vitio, confidentiæ, intercedente recipientes, ac retinentes, vel in futurum tale quid admittentes: à qua excommunieatione, iuxta conſtitutiones vtriuſque Pij IIII. & V. abſolui non poſſunt, præterquam in mortis articulo, niſi à Romano Pont. Prælatis vero idem perpetrantibus ingreſſus Eccleſiæ eſt interdictus: & huiuſ-

huiuſmodi eccleſiæ, monaſteria, beneficia, & id genus alia illico ipſo iure vacant, Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſeruata.

De hæret. c. 1. in cle. Inquiſitores atq. alij inquiſitionis officij executores, qui aduerſus hæreticos, gratiæ, amoris, lucri, aut commodi temporalis cauſa, contra iuſtitiam, ac conſcientiam ſuam, procedere nolunt, vel odij cauſa hæreſim falſo alicui imponunt; præter Epiſcopum, vel ſuperiorē; nam ſi Epiſcopus, aut ſuperior hoc faciat, excommunicationis ſententiam eo ipſo non incurrit, ſed triennij ſuſpenſione mulctandus eſt, & aliis pœnis pro qualitate culpæ. In inqſitores nō Epōs contra conſcientiam pp munera, fauorē. aut odiū procedentes. Quid vero Epis id perpetrantib. ſeu cōmittentib. imponendum ſit

De ſen. excom. c. 19. Incendiarij doloſi per Eccleſiæ ſententiam publicati; ſunt autem ij, qui domum, ſegetem, oliuetum, vineam, ſiluam, & id genus alia malo ſtudio, ac dolo incendunt. In incendiarios denunciatos.

Greg. Papa xiij in motu proprio dato Rom. ann. 1574. nonis Nouemb. pōt. ſui an. 3 iuxta cōſt. Bonif. viij. Paciſcentes, ſeu dantes, & recipientes, aut promittentes, & receptantes pro expeditionibus gratiæ, vel iuſtitiæ apud Sedem Apoſtolicam obtinendis, ſiue pro ſe, ſiue pro alio quibuſcunque modis. Quinetiam illis dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, & illi, qui intra triduum Summo Pontifici non renunciant eum, quem in culpa eſſe ſciunt, vel alicui, per quem ad Papam fideliter referatur. In procurantes expeditiones à Sede Apoſtol. per munera. In non denunciātes infra triduum prędicta exercentes.

Ex ſeſſ. 9. vlt. cōc. Later. Cardinales aliquid in Conſiſtorio geſtum, aut dictum, verbo, vel ſcripto, ſeu quouis alio modo vetitum à Papa, reuelantes, quod in odium vel præiudicium vel ſcandalum alicuius redundare poſſit. In Card. indebite reuelantes vota conſiſtorij.

Ex extrau. Iul. ij. c. gratia. approbata à Later. concil. ſeſſ. 5 Sixtus iiij. in extrau. c. graue nimis & cōc. Trid. ſeſſ. 5. decr. de peccato orig. & Pius v. in conſt. ſuper ſpecula. Cardinales, qui Sede vacante, conſtitutioni de electione Romani Pontificis præter ſimoniam facienda, quouis modo contrauenerint. In Card. non ſeruantes conſtitutionem de electione Papę.

Qui affirmare præſumunt, eos qui credunt, aut tenent intemeratam ſemperq. Virginem Mariam ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut eiuſdem Dei genitri- In docentes quālibet partem ſdictionis de conceptione B. Virg. eſſe hæreticam.

cis conceptionis officium celebrantes audienteſque ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmant alicuius peccati reatum incurrere. Item qui auſi fuerint aſſerere, contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatũ incurrere mortale, cum nondum ſit à Rom. Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum.

In accedentes ad ſepulchrũ Dñi ſine licentia Papæ.

Accedentes ad ſepulchrum Dominicum, etiam deuotionis cauſa ſine licentia D. Papæ vt in libro pænitentiariæ ſummi Pontificis ſe vidiſſe refert Archiepiſc. licet aliqui velint non eſſe amplius in vſu.

S. Anton. Archid. Florent. 3. par. t. 24. c. 30. in fi. & Silueſt. excõicat. 7. excõicat. 55.

In eos q detinent christianos cum bonis ſuis Turcis ſubditos iure belli captos.

Qui Chriſtianos in terris à Turcis occupatis habitantes, in ſeruos capiunt, & eos nolunt relinquere libere cum bonis, iuxta bullã Pij Quinti, quæ incipit. Licet omnibus, quæ habetur in libro ſuarum Conſtitutionum. num. 56.

Regulariũ & hoſpitalium ſuperiores ad habitũ vel profeſſionẽ ex inceſtu vel ſacrilegio genitos recipientes.

Superiores regulariũ & hoſpitaliũ quarumcunque religionũ ad habitũ vel profeſſionẽ clericorũ ſuorum ordinũ, ex inceſtu, vel ſacrilegio genitos admittentes & recipientes: à qua excõicatione niſi in mortis articulo, à nullo quàm Rom. Pontifice abſolutionis beneficiũ obtinere valent, iuxta conſtitutionẽ ſantiſs. D. N. D. Sixti Papæ V. quæ incipit; Cum de omnibus, Anno Domini 1587. die vero 21. menſis Nouembris Pontificatus ſui anno tertio.

Regulariũ ſupiores ad habitum vel profeſſionem ſpurios admittẽtes abſq. breuio examine capituli generalis vel prouincialis.

Iidem regularium ſuperiores ad habitum vel profeſſionem clericorum ſpurios abſque breuio diligenti examine capituli generalis, vel Prouincialis admittentes, eandem incurrunt excommunicationem iuxta ſupradictam ſanctiſs. D. N. conſtitutionem.

In religioſos ſine licẽtia in ſcriptis vltra mare eũtes.

Religioſi cuiuſcunq. Religionis, ordinis vel ſtatus exiſtant, ſine ſui ſuperioris licentia ſibi per ipſius litteras patentes conceſſa vltra mare euntes.

c. ad nſam de regul. & tranſ. ad relig. in extrauag.

In eos q inducũt ad votum de electione ſepulturæ.

Religioſi, ac clerici ſeculares, qui alios ad vouendum, aut promittendũ inducunt, vt ſepulchra in eorum

De pœnis c. 3. §. 2. I clement.

rum templis deligant, aut delecta iam nõ immutent.

De priuil. & exceſſ. c. 1. in Clem. — *In religioſos ſine licentia parochorum Sacramenta illis inhibita adminiſtrantes.*

Religioſi qui clericis aut laicis Sacramentũ extremæ vnctionis, vel Euchariſtiæ miniſtrare, Matrimoniumue ſolennizare, non habita ſuper his parochi licentia ſpeciali, aut qui excommunicatos à canone vel à ſtatutis prouincialibus, aut ſynodalibus, vel (vt verbis eorum vtamur) à culpa & pœna quemquã abſoluere præſumũt, præterquã in caſibus à iure expreſſis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ eiſdẽ cõceſſis.

De regul. & tranſ. ad relig. c. 1. in extrauag. — *In mendicantes ad alium ordinẽ præter Carthuſiẽſem tranſeuntes ſine licẽtia Papæ.*

Religioſi, qui ex ordinibus mendicantium, ad aliquẽ monaſticum ordinẽ præter carthuſienſem abſq. ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licentia, tranſeunt; ac ipſi religioſi non mendicantes ipſos recipientes.

De ſimon. ca. 1. in extrauag. — *In paciſcentes circa ingreſſum religionis.*

Qui pacto dant, aut recipiunt pro ingreſſu religionis: ſi ſingulares perſonæ ſint, excommunicationis: ſin capitulũ ſuſpẽſionis ſentẽtiæ ipſo facto ſubiiciuntur.

Ex ſeſſ. 2. vlt. concil. later. — *In prædicãtes falſa miracula.*

Qui in ſuis concionibus ad populum miracula falſa, aut incerta, prophetiaſue, quæ ex ſacris literis nõ conſtent, prædicant, aut Eccleſiæ Prælatis detrahunt.

Alexand. in 1. & S. Ant. loco vt ſupra. — *In Pariſienſes excludere volentes Dñicanos & minoritas.*

Magiſtri, Rectores, Artiſtas, & ſcholares ſtudij Pariſienſis, qui publice vel occulte fratres Prædicatores, vel minores à conſortio eiuſdem vniuerſitatis excludere moliuntur.

Alexan. 4. I 1. non ſine & I alio. Ex alto vt teſt. S. Ant. loco vt ſup. — *In auctores libellorum famoſorũ vltra p̃dictos fratres.*

Quicunque libellos famoſos, & cantilenas, vel rithmos, lingua vernacula ſeu latina edunt, vel tenent, vel publicant in infamiam ordinis Prædicatorum Minorum.

Alex. iiij. & Bonif. viiij I priuil. vt ſupra. — *In negãtes dictos fratres eſſe in ſtatu perfectionis.*

Quicunq. prædicant, docent, vel defendunt, quòd Prædicatores, aut Minores non ſint in ſtatu perfectionis: & quòd non liceat eis ex eleemoſynis viuere, & prædicare, vel confeſſiones audire de ſola licentia ſummi Pontificis, &c.

Clem. IIIJ. I priuil. qđ incipit. In qbuſdã: & Bonif. viiij in pri. ſacr. relig. — *In violatores Eccleſiarum prædictorum fratrum.*

Quæcunq. perſonæ cuiuſcunq. ſtatus, vel conditionis extiterint, quæ Eccleſias, ſiue loca ordinum Prædic. ac Minorũ violare, ſeu in eis violentiam damnabilem exercere præſumpſerint: à qua tamen excommu-

nicatione etiam poſſunt à conſeruatoribus eorundem ordinum abſolui, ſi iniuriam paſſis prius debite ſatisfecerint.

In retinẽtes apoſtatas ord. Præd.

Quicunque in monaſterio, vel eccleſiis ſuis retinent apoſtatas ordinis Prædicatarum, niſi illos eiecerint, poſtquam per fratres dicti ordinis ea de re moniti fuerint.

Bon. I pri. Virtute, cuius facimẽtionẽ S. Anton. 3. p. t. 24. c. 70.

In fratres Prædicatores, Minores, & Eremitanos, ſi alios alteri' ord. pfeſſos, in familiam ſuam admiſerint.

Fratres Minores & Eremitani, qui in familiã ſuam fratres Prædicatores profeſſos admittunt ſine licentia Summi Pontificis, expreſſam de indulto eiuſdem facientе mentionem, aut niſi prius à prioribus ipſorũ facultas data fuerit. Idem intellige de fratribus Prædicatoribus Minores recipientibus.

Inn. iiij. in priui. Quouos. & Alexan. ad Eremitas. Veſtram.

Inn. pd. in priu. meminimus.

In Minores admittentes quoſcunque tertij ordinis ad diuina tpe interdicti.

Fratres Minores ſi tempore interdicti admittant, in templis ſuis ad diuina fratres & ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci, continentes, ſeu de pænitentia vocatos, quibuſcunque eorum priuilegiis non obſtantibus.

De ſen. excom. c. 3. in clem.

In ſanctimoniales pfeſſas clauſurã ſine cã ab Epo approbata exeuntes.

Quoniam ſacrum concilium Tridentinum Bonifacij octaui conſtitutionem, quæ incipit: Periculoſo. renouans, decreuit ſub cenſuris ibidem poſitis, vt nemini ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tempus, quocunq. prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, indultis quibuſcunque & priuilegiis non obſtantibus, ne vlla dubitatio cuipiam negotium facere, quæ nam cauſa poſſit eſſe legitima à clauſura exeundi; Pius Quintus Pont. Max. declarauit, id tantum licere in tribus caſibus, quippe ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, extra quos caſus nulli profeſſæ moniali licentia exeũdi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſanctæ Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ conceditur. Quæ ſane conſtitutio extenditur ad omnes moniales profeſſas cuiuſcunque ſint ordinis, ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, etiam ob illuſtri vel regia proſapia

Seſſ 25. c. 5 de regul. & monial.

In 6. c. de ſtatu regul.

Cauſę rationabiles exeundi ſunt, graue incẽdium, infirmitas lepræ, & infirmitas epidimiæ.

In cõſtit. q incipit, Decori edita an domini 1569 9. Calẽ. Febr.

proſapia ortas; & cum in prædictis caſibus exeundum erit, non à ſuis modo ſuperioribus, verum etiam ab Epiſcopo, ſeu loci ordinario, etiã ſi monaſteria eſſent exẽpta cauſam ſcripto expreſſe comprehenſam & approbatam habere debẽt. Nec tũ liceat eis extra ſepta monaſterij diutius morari, q̃ neceſſitas poſtulet. Excommunicatio autem non ſolum eas, quæ extra prædictos caſus egrediuntur, ſed etiam licentiam dantes, comitantes ac receptantes complectitur; ad huiuſmodi vero clauſuram cuſtodiendam non tam moniales velatæ, quàm aliæ etiam, quæ conuerſæ, vel tertiariæ, ſiue de pænitentia vocantur, cuiuſcunq. fuerint ordinis viuentes in congregatione, ſi ſint profeſſæ, ac ſolenne votum emiſerint, ſimili prorſus ratione obſtringuntur.

Sanctimoniales extra clauſurã exeũtes habere debent licentiã in ſcriptis etiam ab ordinario.

In dantes licentiã indebite exeũdi.

Ex cõſt. Pij v. q incipit Cura paſtoralis. edita an. Domini 1566. 4. Cal. Iunij.

Prædicta ꝓhibitio extenditur & ad tertiarias, & conuerſas.

Mulieres cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac præeminentiæ præditæ, ſi etiam ſub quocunque litterarum Apoſtolicarum hactenus impetratarum prætextu, quibus omnibus Sum. Pont. fel. rec. Dominus Gregor. XIII. expreſſe derogauit, monaſteria, ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcunq. regularium ordinum, etiam mendicantium ingrediantur. Monaſteriorum vero non ſolum ſuperioribus, ſed fratribus etiã, quocunque illi nomine vocentur, ſub priuationis officiorum, quæ in præſentia obtinent, & inhabilitatis in poſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrendis pœnis interdicitur, ne eas introducant, admittantve.

Ex cõſt. Pij v. incip. regulari. edita an. dom. 1566. die 24 Octobr. & Greg. xiij. q incipit, vbi gratiæ. edita anno domini 1575 Idib. Iunij.

In feminas clauſuram fratrũ ingredientes.

Superiores, ſeu conuentuales fœminas intra clauſuram admittentes, quibus ſubſint pœnis.

Ante concilium Tridentinum tantũ intrantes monaſteria monialium ordinis ſancti Dominici, ſiue eccleſiaſtici, ſiue laici fuiſſent, in caſu non conceſſo, per conſtitutiones illarum ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, vel Magiſtri ordinis, aut alterius ab ipſomet Magiſtro poteſtatem ſuper hoc habentis Papalem excommunicationem incurrebant, à qua tamen abſolui poterant non

Bonif. ix. in priuil. ſacræ relig. & in bulla ordinis, refert S. An on Archi. 3. pri. t. c. 70. idẽ Eugen. iiij. in priuil.

Iure antiquo ꝓhibitio ingrediendi clauſuram monialiũ arctabatur ad monaſteria S. Dñici & S. Claræ.

non ſolum à ſancta ſede, ſed etiam à prædicto ordinis Magiſtro. Idem etiam fiebat cum monaſteriis monialium ſanctæ Claræ fratribus Minoribus ſubiectis: At poſt Pium Quintũ eius ſucceſſor D. Gregorius XIII. eandem excommunicationem, iuxta ſacri cõcilij Tridentini decretum, ad omnes extendit, cuius hæc ſunt verba: Ingredi intra ſepta monaſterij monialium nemini liceat, cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excõmunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis, neque aliis vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcunque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi, extendit etiam ad alia omnia quorumcunque ordinum monialium monaſteria, abſolutione ſanctæ Sedi reſeruata, reuocans & annullans omnes facultates & indulta quibuſcunque conceſſa huiuſmodi ſanctimonialium monaſteria ingrediendi, præterquam in caſibus neceſſariis, in hæc verba: Sanctimonialium quieti & tranquillitati conſulere, ac omnia quæ illas ſpiritualium rerum cogitatione & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaq. & ſcandala ab eis remouere cupientes auctoritate præſentium reuocamus, & abolemus omnes, & quaſcunque licentias, ac facultates ingrediendi monaſteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinum, quibuſuis etiã Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis quibuſcunque ſtatus, & conditionis mulieribus, ac etiã omnes & quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria, domos, & loca ipſarum ſanctimonialium, quibuſcunque viris etiam eiuſdem ſtatus & dignitatis, tam à prædeceſſoribus noſtris, quàm etiam à nobis, & Sedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſuis quantumcunque vrgentibus cauſis ſub quibuſcunque tenoribus, & etiam deroga-

Ex D. Ant. Arch. loco vt ſupra.

Seſſ. 25. c. 5 de regul. & & monial.

Poſt concil. Trid. extẽditur ad omniũ ordinũ monaſteria.

Decretũ Gregor. xiij. de ſeruanda clauſura monaſteriorũ vtriuſq. ſexus.

Ex cõſt. D. Greg. xiij. q̃ incip. vbi gratiæ. edita an. dñi. 1575. Idib. Iunij.

Reuocatio indultorũ de infringẽda clauſura.

rogatoriarum derogatoriis reuocatoriarum reſtitutoriis, aliisq. efficacioribus clauſulis, irritantibusq. & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deq. Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationem vel ſupplicationem cōceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas. Caſſamusq. & annullamus litteras deſuper confectas, & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt, ſub excōicationis pœna ipſo facto incurrēda, ſuper qua à nemine, niſi à Rom. Pont. (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarū licentiarū prætextu, monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeāt. Abbatiſſis vero, necnō Abbatibus, conuentibus ac aliis monaſteriorum vtriuſq. ſexus Superioribus, & perſonis quocunq. nomine vocentur, diſtricte præcipimus ſub eadē excōicationis pœna, necnō priuationis dignitatū, beneficiorū, & officiorum ſuorū, ac inhabilitatis ad illa & alia in poſterū obtinenda, ne in monaſteria, domos, & loca ſua quemquā prætextu huiuſmodi licentiarū & facultatū ingredi faciant, vel permittāt. Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus & quibuſcunq. perſonis eccleſiaſticis, & ſæcularibus, ac etiā ordinum quorumcunq. etiā Mendicantiū, regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel ſuperioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex decreto concilij Tridentini tribuitur, ne monaſteria ipſa monialium pro libito, ſed neceſſitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neve moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant. Caſus autem neceſſarij ingrediendi, quorum fit mentio, ſunt; confeſſarij intromiſſio ad porrigenda infirmis ſacramenta; item medicorum tam chirurgorū, quàm phyſicorum; ad præbendas curationes, & ordinariorum, atque viſita-

In vtentes facultatibus antiquatis de ingreſſu intra clauſuram.

In admittentes intra clauſuram.

In ingredientes intra clauſurā & ex licentia ab ordinario ſine cā legitima obtenta.

Cauſæ legitimæ ingrediendi ſunt, ſacramentorum administratio, medicatio, ad inſpectionem viſitatio, & neceſſaria artificum opera.

ſitatorum ad inſpiciendam, reſtituendamq. vbi opus fuerit, clauſuram, moresque reformandos, necnon artificum, & operariorum, quorum artibus, operisq. neceſſario intus indigetur.

Quoniam autem in prædictis ſanctionibus nulla fiebat mentio ſuperiorum, qui alterius ad id licentia non indigent, ſed ſui auctoritate officij nituntur, & à nonnullis dubitatum eſt circa tales perſonas, an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis huiuſmodi ſepta ingredi, vel potius ſeruare debeant ipſi quoque regulam à Concilio, & conſtitutionibus Apoſtolicis præſcriptã, Dominus Papa Gregorius XIII. omnem hæſitationis materiam tollere, & viam ſcandalis præcidere, ac ſanctimonialium quieti conſulere volens, conſtitutionem edidit anno 1581. die 23. menſis Decembris. Pontificatus ſui anno decimo, quæ incipit: Dubiis, quæ emergũt. in qua declarauit Prælatos omnes tam ſeculares, quàm regulares, quibus cura & regimen monaſteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi monaſteria prædicta, ita demum vti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & à paucis, iisque ſenioribus ac religioſis perſonis comitati vniuerſis & ſingulis Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditis; necnon quorumuis ordinum Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Miniſtris, & aliis quibuſcunque ſuperioribus regularibus ſerio ob id admonitis, vt facultate huiuſmodi, qui eã habent, præterquam in caſibus, vt præfertur, neceſſariis, neutiquam vtantur. Quòd ſi contrafecerint, ſtatuit, atque decernit, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingreſſu eccleſiæ interdictos, pro ſecunda à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excõicatos exiſtere: regulares vero omni officio ac miniſterio priuatos excõicationi ſimiliter ſubiacere.

Decret. Greg. 13. de ipſis ſupiorib. qñ ipſis ſit cõceſſa facultas ingrediendi monialiũ clauſuram.

In Epõs abutentes auctoritate ingrediendi monaſteria fœminarum In regulares facultate ſua de ingreſſu ad moniales abutentes.

De ſen. excõm. c. 22. in 6.

In nolentes ſe, tranſacto periculo, ad quem ſpectat præſentare, cũ in extrema neceſſitate à cẽſura Papæ reſeruata ab alio abſoluti, ſunt.

Qui à ſententia canonis, vel hominis, Summo Pontifici reſeruata, ob mortis articulum, aut legitimum impedimentum ab alio, quàm alioquin oportuiſſet, abſoluuntur, ſi ceſſante poſtea periculo, aut eiuſcemodi impedimento, ſe quamprimum poterant, coram illo, à quo aliàs abſolui debebant, præſentare contempſerint.

Sunt alij caſus etiam, qui Papales itidem dicuntur: ſed cum quidam eorum deſuetudine tacitoque Summorum Pontificum conſenſu obumbrati ſunt, idcirco eos hic enumerare neceſſarium eſſe non putamus.

SUPRADICTARUM EXCOMmunicationum Papalium abſolutionem Epiſcopis nonnunquam ac quibuſdam aliis eſſe conceſſam.

Licet ſupradictarum excommunicationũ Papalium abſolutio Summis reſeruata ſit Põtificibus: nihilominus tamen in gratiã eorum, qui neceſſitatis excuſatione ſe coram Pont. Max. ſiſtere non poſſunt, Epiſcopis interdum, atq. aliis quibuſdam Sedis Apoſtolicæ beneficio conceſſa eſt: veluti mulierum, aliorumve, qui ſui iuris non ſunt: aut quibus poteſtatem petendæ vrbis variæ itineris moleſtiæ negant: cuiuſmodi ſunt, ſenes, pueri, pauperes, ægroti, debiles, delicati, & id genus alij, qui quatuor ſequentibus verſiculis comprehenduntur.

De ſent. ex cõ. c. mulieris. & c. ea dignoſcitur & c quid ð his. & c. q̃. nis incideris.

Epĩs conceditur qñq. facultas abſoluendi à Papalibus, cũ reus ob iuſta impedimẽta Pont. adire nõ poſſit.

Regula, mors, ſexus, hoſtis, puer, officialis,
Delicioſus, inops, ægerq. ſenexq. ſodalis,
Ianitor, aſtrictus, dubius, cauſa, leuis ictus,

Pan. in c. 32. de ſent. excom.

Verſiculi quibus cõtinentur caſus, in quibus aliquis abſolui põt abſque Sede Apoſt.

Debilis, abſolui ſine ſummo iure merentur.

Declaratio prædictorum caſuum. Prælatus abſoluere pōt regularem clerici percuſſorē ꝓ prima vice tm̄ pro ſecunda vice ſolus Eps̄ ordinarie.

Regula eſt, quando regularis regularem, aut clericum ſecularem verberat. Nam ſi primo id faciat, abſolui ab Abbate poteſt. Ac nomine quidem Abbatis reliqui item religioſorum Prælati intelliguntur, quocunq. illi appellentur nomine, ſeu præpoſiti, ſeu Priores, ſeu Guardiani, ſin ſecundo ab Epiſcopo quidem ordinarie, ex priuilegio vero à Prælato etiā abſolui poteſt. Atque hoc ſecundum Pan. ſiue ante ſiue poſt religionis ingreſſum eam excommunicationem incurrerit.

De ſent. ex com. c. 2. & 32.

De ſen. ex. cō. c. 21. in 6.

In d. c.

In mortis articulo quilibet ſacerdos abſoluere poteſt à Papalibus.

Mors eſt in mortis articulo, quo tempore (vt alibi diximus) non ab Epiſcopo tantum, ſed ſi vitæ periculum immineat, à quouis alio ſacerdote etiam quilibet abſolui poteſt.

De ſen. excom. c. 5. & in 6. c. 22. d. tit.

Ordinarius mulieres abſoluere pōt à Papalibus, ꝓſertim moniales. Quibus caſibus conueniat mulieres pro abſolutione ad vrbem remittere.

Sexus eſt in mulieribus, quæ (præcipue ſi ſint moniales) ab Epiſcopo ordinarie, vel à Prælatis ſuis priuilegium hanc in rem habentibus, à quacunque excommunicatione abſolui poſſunt. Quòd ſi ſint ſeculares, ac propter violentas manus clerico allatas excommunicationem incurrerint, quamuis, ſeu viduæ ſint, aut matrimonio iunctæ, ſeu debiles, aut robuſtæ, ſeu vetulæ, aut iuniores, ſeu pauperes, aut pecunioſæ, leuiterque vel grauiter percuſſerint, ab ordinario poſſint abſolui: ſi tamen percuſſio nimis grauis ſit; expedit (ſecundum quoſdam doctores) vt ad Curiam Romanam mittantur, præſertim ſi illæ robuſtæ fuerint, vt nemini præiudicium fiat, ac cæteris exemplo ſint. Similiter quinimo multo magis, ſi locorum ſacrorum incendiariæ, aut litterarum Apoſtolicarum falſatrices fuiſſe deprehendantur: quia non reperiuntur iura, quæ eiuſcemodi mulieribus peruerſiſſimis tam leuiter parcant: eo maxime quòd hæc flagitia non caſu, aut impetu aliquo ſubito, vt percuſſio clerici, ſed prudenter, ac data opera admittantur.

De ſent. ex com. c. moniallibus.

De ſent. ex cō. c. mulieres, & cap. quamuis.

Sil. in ver. abſolutio 4 §. 2.

De ſent. excom. c. 13.

In caſib. quibus Eps pōt à Papalibus abſoluere, cōuenit Papam de imponenda ſatiſfactione conſuli.

tantur. Quæ tamen, ſi quo legitimo, ac iuſto, & per Epiſcopum approbato vrgeantur impedimento, ab Epiſcopo ipſo abſolui poſſunt, ſatisfactione tamen præmiſſa, dignaque illis impoſita pœnitentia: Neque tamen reprehendendum eſt, imò commendandum, ſi hac in re Pont. Max. ante conſulatur, vt ſecundum ſententiam, ac conſilium ipſius puniantur. Quod item aduerſus cæteros ſeruandum eſt, qui Romam venire non poſſunt.

De ſen. excō. c. 11. & 58.

Eps abſoluit à Papalibus vbi hoſtis periculum profectionem impedit

Hoſtis eſt habēs hoſtem, i. graues inimicitias, propter quas ſine magno vitæ periculo, iter Romanum conficere non poſſit. Sed eſt illi iureiurando accepto præcipiendum, vt quamprimum facultas dabitur, Romanum Pontificem adeat, mandatum Apoſtolicum accepturus.

De ſent. excom. c. ſup eo vero.

Eps abſoluit Impuberes à Papalibus.

Puer, hoc eſt, ſi clerici intra pubertatis annos ſe inuicem percuſſerint, ad Sedem Apoſtolicam propte rea admittendi non ſunt, quia eos ætas excuſet, ſed ſatis eſt, ſi ab Epiſcopo abſoluantur. Tum autem puer eiuſmodi eſt abſoluendus, cum doli particeps eſt; alioquin excommunicationem non incurrit, neque pariter abſolutione indiget.

Eod. tit. c. 58.

De ſent. ex cōm. c. 3.

Eps abſoluit officialē, qui ſuo fungens officio clericū leuiter pcutit.

Officiales, hoc eſt, ſi quis aliquo fungens officio, irruentem in ſe turbam dum repellit, non prudenter, ſed caſu, clericum, non grauiter tamen, læſerit.

Eps abſoluit à Papalibus cum reus per debilitatē, pfectionis moleſtiā ſuſtinere non potest.

Delicioſus eſt cum quis nimis dilicatus, Romani itineris moleſtias ferre non poteſt. Quod Epiſcopi iudicio definiendum eſt. Tunc autem cum eiuſmodi hominibus eo modo eſt agendum, quem iuris decreta his verbis præſcribunt: De his vero, qui magnæ non ſunt potentiæ, & ita delicati, quòd laborem veniendi ad Sedem Apoſtolicam nequeunt ſuſtinere; reſpondemus, quòd ſtatus perſonæ prius, & veritas negotij eſt intimanda Rom. Pont. & ſecundum conſilium eius tales erunt de commiſſo ſcelere corrigendi. Sed ſi periculum foret in mora, eum interim ab-

De ſent. ex com. c. 6.

Glo. ibid.

ſoluere poterit Epiſcopus, prius accepta cautione, quòd Papæ parebit conſilio, vel reſponſo.

Eps abſoluit inopē mendicare nō ſolitū, q per inopiam ſumptus itineris ſuſtinere nō poteſt.

De ſent ex cō.cap.26. & 58.

Pan. in c.13 de ſen.exc. ſcd̃m mentē Io. An.

Inops eſt cum quis propter egeſtatem in tam longo itinere ſuſtentare ſe non poteſt. Idque de illis tantum (ſecundum quoſdam doctores) intelligendum eſt, qui mendicare non conſueuerunt: nam alij, qui ante excommunicationem oſtiatim victum ſibi quærebant, tam in itinere Romano, quàm ſic vbi commorentur, ſtipem petere poſſunt. Hoc tamen Epiſcopi vel alterius probi viri iudicio eſt relinquendum.

Eps abſoluit infirmos I Papalib.

De ſent. ex com.c. 26.

Aeger eſt, qui propter aduerſam valetudinem in viam ſe dare non poteſt, etiam ſi ſecundum Innocentium mortis periculo non impendeat, vt ſi podagra, aut febri quartana laboret; quamuis aliqui ſecus ſentiant, eos duntaxat excuſari, qui inſanabili, ſeu morbo graui, ac periculoſo affligantur. Valetudinarius item, hoc eſt, qui ægre ſanus eſt, aut ſæpe ægrotat, ab hoc excuſatur itinere.

Eo. tit. c.13

Eps eos abſoluit in Papalib. qui p̄ ſenio Pontificem adire nō poſſunt.

De ſent. ex cō.cap. 13. & 58.

Senex eſt, qui maiori ætatis ſuæ parte iam decurſa, morti propinquior eſt, ac propterea Romani itineris laboribus ſuperſedere poteſt: quia periculoſum eſt ſenes Romam proficiſci, cum imbecillioribus ſint viribus, ac facilius ægrotent. Quare non immerito ſenio confecti homines cum valetudinariis comparentur.

Qui cenſendus ſenex.

Senex autem à ſenario numero is dicitur, qui ſexaginta habet annos. Nam ætas hominis in ſex partes diſtributa eſt: quarum prima infantia vſque ad ſeptimum annum producitur. Altera pueritia, cuius pars quædam pubertas vocatur, decimoquarto, aut ſecundum quoſdam, quintodecimo circumſcribitur anno. Tertia adoleſcentia trigeſimo terminatur. Quadrageſimo iuuentus, quæ eſt quarta. Quinta virilis ætas, quæ & ſeniū dicitur, quod tunc homo ſeneſcere incipiat, ſexageſimū attingit annum. Senectus ſexta ad extremum vitæ finē ac terminum nos perducit:

cit:in hoc ſenes appellamur,quod ea ætate ſenio iam conficiamur: cuius poſtrema pars decrepita eſt. Quia vero (vt nonnullorum eſt ſententia) hi duntaxat ab hoc Romano itinere conficiendo videntur excipi,qui ſeptuageſimum iam agunt annum, niſi qua premantur praua corporis affectione, qua tamquam valetudinarij excuſentur, idcirco eiuſcemodi homines alicuius viri optimi, ordinarij ſui præcipue,iudicio permittuntur. Poſt ſeptuageſimum vero annum, quiuis etiam robuſtus omnino excuſatur:quia eiuſce ætatis homines, etſi optime affecto ſint corpore,ob multas tamen longi itineris moleſtias, facillime valetudinis iacturam faciunt.

De vita & honeſt.cle. c.9.

Eps abſoluit collegiales clericos ab excommunicatione pp percuſſionem,&c.

Sodalis hoc eſt, quotieſcunq. clerici ſimul viuentes,eodemq. prorſus vtentes contubernio,vt qui vnà in collegio aliquo verſantur, dormiunt,ac veſcuntur, ſe mutuo violenter percuſſerint, aut vnus alterum ab Epiſcopo abſolui poſſunt, niſi forte facti grauitas, ac magnitudo pœnam grauiorem, maioremque flagitet.

De ſent. ex com.c.3.

Eps abſoluit ianitorē rōne officij percutientem clericum.

Ianitor eſt oſtiarius, qui ſub prætextu officij ſui iratus clericum percuſſit: à ſuo enim Epiſcopo pariter abſolui poteſt, niſi clericum grauiter vulnerarit.

De ſent. ex com.c.6.& 37.

Eps abſoluit à palib.ſub poteſtate alterius conſtitutos,niſi atrocitas delicti ad vitādum ſcādalum aliud poſtularet.

Aſtrictus,hoc nomen in eos cadit,qui ſui iuris non ſunt, ſed in alterius ſunt poteſtate, vt filiifamilias, ac ſerui, qui ab Epiſcopo abſolui poſſunt, modo flagitium tam atrox ac graue non ſit, vt ad vitandum ſcandalum, ad aliorumque exemplum, huiuſcemodi filiifamilias,aut ſerui, ſeruum ſeruorum Dei ad impetrandam abſolutionem adire debeant.

De ſent. ex com.c. 15.

Eps abſoluit eū, de quo dubitatur an clericum percuſſerit.

Dubius, hoc eſt, ſi publica fama ſparſum eſſet, quempiam verberaſſe clericum, nec Epiſcopus, nec quiuis alius cum ipſo communicare debet, niſi ab hac re ad arbitrium Epiſcopi ſe purgarit,aut ad ſuam cautionem abſolutionis ſit conſecutus beneficium.

Cau-

Eps abſoluit a papalib. habẽtes ſecundũ boni viri arbitrium, legitimum ꝓfectionis Romanæ impedimentum.

De ſent. ex com. c. 26.

Cauſæ, hæc eſt in his, qui legitimum aliquod ac canonicum habent impedimentum: quod bifariam intelligendum eſt; aut vt lege ſit expreſſum: aut conſonum legi, ſeu lege ipſa toleratum: ſemper tamen optimi viri, Epiſcopi maxime, iudicium accedat, & approbatio. Quales ſunt iuuenes teneræ, mollis, ac delicatæ naturæ, patresfamilias domini temporalem habentes iuriſdictionem, qui ſine ſuo, aut ſubditorum ſuorum detrimento domo abeſſe non poſſunt, atque id genus alij, qui ab Epiſcopo abſolui poſſunt; Summo tamen Pontifice prius conſulto, niſi periculum eſſet in mora. c. 6. d. tit.

Eps abſoluit ꝑcutientes leuiter clericos.

De ſent. ex com. c. 7.

Leuis ictus eſt in eo, qui clerico percuſſionem non grauem, ſed leuem, aut aliam ſimilem iniuriam violenter intulit: læditur enim clericus non quacunque ſolum violenta manuum, aut pedum percuſſione, ſed pulueris etiam, aut aquæ iniectione, imò & conſputatione, ac violenta cuiuſcunque rei è manibus eius, vel perſona ereptione, captione, inſuper detentione, atque carceratione.

Quid ſit violenta manuũ iniectio.

Eps abſoluit à papalib. qui ob uirium corporis nõ poſſunt adire Põtificem.

De ſent. ex com. c. 8. Pan. in d. c. 8.

Debilis, hoc eſt, qui membri alicuius vſus deſtitutus impeditur; quales ſunt, ſecundum Pan. cœci, contracti, claudi, & id genus alij, quibus propterea Sedem Apoſtolicam adire impoſſibile foret.

ALIAE

ALIAE FACULTATES A SAcro Tridentino concilio Epiſcopis ſuper caſibus Papalibus conceſſæ.

ſeſſ. 24. c. 6 decr. de reform.

Epis abſoluere poteſt ſuos à Papalibus occultis.

CAEterum ſecundum ſacri concilij Tridentini ſanctiones abſolute in omnibus caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quilibet Epiſcopus delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, in diœceſi ſua, per ſe ipſum, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ, gratis abſoluere poteſt, impoſita ſalutari pænitentia.

Item ab hæreſi in foro conſcientiæ ex conc. Trid. quę tñ facultas vr ſuſpenſa per bullam Cœnæ Dñi.

Eadem ſancta Synodus Tridentina in eodem capitulo conceſſit Epiſcopis tantum, non eorum Vicariis, vt ab hæreſis crimine in eodem foro cõſcientiæ quoſcunque ſibi ſubditos in ſua diœceſi gratis abſoluere poſſint, ſalutari impoſita pænitentia. Sed à Pio V. fel. rec. in Bulla Cœnæ Domini publicata 1568. hæc facultas videtur ſuſpenſa, & Epiſcopis interdicta; quam ſuſpenſionem neque ab eodem, nec à ſuo Succeſſore Gregorio XIII. neque à præſente Summo Pontifice Sixto Quinto eſſe reuocatam conſtat; imò potius denuò confirmatam, præterquam ſi iudicialiter hæreſis infecti comparuerint, quia tunc ordinarius epiſcopus eos abſoluere poterit.

CA-

CASVS, IN QVIBVS, OB VIOlentas manus clerico illatas, nulla prorſus contrahitur excommunicatio.

Lædens clericum in delicto flagrante inuentum cum matre, ſorore, vxore, vel filia, non incurrit canonē.

SVnt aliqui caſus, in quibus ob manus violentas clerico illatas, nulla prorſus contrahitur excommunicatio. ſunt autem hi, qui proxime ſequuntur: quorum primus eſt.

Si quis in clericum cum vxore, matre, ſorore, vel filia ſua turpiter inuentum, manus violentas iniecerit. Ac nomine quidem vxoris, ſecundum Gloſſam, ſponſa de præſenti etiam intelligenda eſt. Aut ſi clericus propter turpitudinem inuitam tetigerit mulierem, eumq. illa ſe defendendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, percuteret, aut morderet, ſecundum Vincen. canonem nequaquam incurrit. *De ſent. ex com. c. 3.* *Glo. ibid.*

Item vim vi repellens excuſatur.

Secundus eſt cum vis vi repellitur: veluti, ſi quis, quem clericus inuaſerit, ſe defendendo, illum grauiter percuteret, nullam incurreret excommunicationem, neque peccatum admitteret, præſertim ſi clericum aliter euadere non poſſet: cum vim vi repellere omnes leges omniaque iura permittant. *De ſent. ex cō. c. ſi vero*

Item defendens parētes ſi clericū lædat nō incurrit

Idem ſecundum Innocent. intelligitur, ſi quis patrem, matrem, vxorem, aut filios, quos clericus inuaſerit, defendat. Ac (quod maius eſt) ſi is, quem clericus inuaſit, clericum, dum vim eius repellit, occideret, irregularitatem nequaquam incurreret: non item ſi alium, etiam patrem defendat, ſecundum Gloſſ. Innocentius etiā adiungit, quòd ſi quis alium defendens, clericum occideret, ne ſcilicet illum clericus interficeret, in canonem non caderet, incurreret tamen irregularitatem. Pro defenſione autem rerum ſuarum clericum occidens, excōicationem nō euadit. *De homic. vol. vel caſ. c. vnico. in clem.* *Glo. ibid.*

In bonorū defenſionem clericum occidens incurrit canonem.

Ter-

De ſent. ex com. c. 4. Tertius eſt, ſi ignorarit illum eſſe clericum, aut religioſum: de quo poſtea loquimur. Excuſatur clericū lædens cum neſciret eſſe clericum.

S. Ant. 3. p. tit. 14. c. 1. §. 2. Quartus eſt, ſi quis clericum, neque tonſura, neque veſtium genere, quicquam de clericatu iudicantem, ac præ ſe ferentem, ſed in meris laicorum veſtibus incedentem, tertio monitum, nec correctum De ſent. ex com. c. 45. percuſſerit: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Idem intellige de q. 25. eo. ti. clerico, qui veſtimentis clericalibus contemptis arma geſtat militaria, ac tertio monitus ſe non correxit, quinimo & ſi admonitus non ſit, ac tyrannidem q. 14. eo. tit. exerceat. Percuſſori tamen conueniens, atque paulo aſperior pœnitentia iniungenda eſt, quàm ſi id in laicum admiſiſſet. Percutiens clericū qui tertio monitus nihil in habitu clericale p̄ſe fert, excuſatur. Percuſſor clerici in prædicto caſu grauiorem meretur pœnam, quā ſi laicum percuſſiſſet.

Ex c. ſacerdotibus. ne monac. vel clerici. Quintus eſt in clerico laicorum bona adminiſtrante, ſi poſtquam tertio monitus fuerit, ſecundum illud, quod eſt in cap. in audientia. de ſentent. excom. (in qua opinione ſunt Vincen. Innocen. & Hoſtien.) vel (ſecundum Ion. de Lig.) in Synodo ſub pœna clericalis priuilegij ab Epiſcopo iuſſus (quod trinæ admonitionis locum haberet) ab ea adminiſtratione ſe noluerit amouere, quia indignum eſt, eos eccleſiæ priuilegiis frui, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari. Clericum poſt trinā admonitionē bona laicorū adminiſtrantem p̄cutiēs excuſatur.

Diſt. 84. c. quiſquis. Sextus eſt, ſi clericus rei clericatui penitus contrariæ ſeſe mancipaſſet, veluti bigamiæ; nam is tum omni eccleſiaſticæ dignitatis priuilegio eſt ſpoliatus, niſi poſt mortem vxoris alicui religioſorum familiæ nomen daret: quia tunc ſecundum Ioan. An. in 9. mercuriali, ſuo iterum gauderet priuilegio, quod illi in gratiam religionis conceditur. Bigamus autem non is ſolum dicitur, qui ſecūdam, ſed & qui viduam Glo. in d. c. quiſquis. duxit vxorem. Item ſi apoſtataſſet, aut coniugio iunctus ſine habitu, ac tonſura incederet; licet quidam in contraria ſint ſententia. Percutiens clericum rei cōtrariæ clericatui ſe mancipantem nō incurrit.

Septimus eſt, ſi quis in clericum depoſitum, & cu-

Iniiciēs manus in clericum depoſitum non incurrit

riæ ſeculari traditum, manus iniiciat. De iudiciis. c. cum non ab homine.

D.Anto. 3. p.t.24.c.1. §.1.

Excuſatur qs ex imperfectione actus à canone de percuſſione clerici.

Ex ſum. Caiet. in verb. excom: c.10

Octauus eſt, cum manus violenta imperfecta eſt ex defectu deliberationis, vt in primis motibus contingit; ſi quis enim abſque deliberatione, ſubito quodam impetu animi, manum in clericum iniiciat, ac poſtea ad ſe rediens manus ab illo abſtineat, non eſt excommunicatus.

Iniectio manus, quæ ſi in laicum fieret non eſſet mortale, nō inducit excōicationē.

Caie. ibid.

Nonus eſt, cum manus violenta ex actus externi defectu imperfecta eſt: puta quia tam leuiter inuicta eſt, vt pro nulla habenda ſit; Atque vt vno verbo dicatur, cum manus violenta tam leuis eſt, vt ſi in laicum eſſet mortale peccatum non ſtatueret: ita neque quia ſit in clericum, excommunicationi ſubiacet.

Clericus ex auctoritate corrigens, etiā ſi ex inauertentia modū excedat non incurrit, &c.

Caiet. ibid.

Decimus eſt, cum manus violenta imperfecta eſt, ex defectu formæ, hoc eſt intentionis, quia nulla ſcilicet intendatur violentia: vt cum quis clericum corrigendo, in quem auctoritatem habet per imprudentiam modum excedit, excedere ſe tamen non putans. Vel quia non intenditur in clericum, vt cum clericus per ignorantiam percutitur, aut capitur, (vt paulo ante diximus) quoniam ſacrilegium non incurritur, niſi intentio ſit adiuncta.

ALII

ALII CASVS, IN QVIBVS ſimiliter nulla contrahitur excommunicatio ob iniectionem manuum in clericum.

SVnt & alij caſus ſimiles, in quibus prorſus non incurritur excommunicatio, eo quòd in illis violenta manuum iniectio nulla cernatur, videlicet.

De ſent. ex com. c. 1.

Si clerici, aut clericus, ac laicus, nullo odio, inuidia, ira, ſed iocoſa leuitate ſeſe inuicem percutiant. Si qui ratione officij, quo in eccleſia fungantur, aut alij clerici ſeniores etiam zelo deuotionis pueros, aut adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos, diuinumque officium perturbantes verberent.

Iocoſa percuſſio non inducit cēſurā. Item nec percuſſio ex officio, vel zelo deuotionis.

Eod. tit. c. 54. §. 3.

Si qui ratione Prælationis, aut magiſterij, ſubditos, vel diſcipulos clericos diſciplinæ cauſa, vel correctionis modeſte percutiant, excommunicationis ſententiam non incurrunt. Quod & de his dicendum eſt, qui aliquos ex familia ſua, aut ſibi propinquos inferiorum graduum ſimili modo, vt ab inſolentia arceantur, ac bonis moribus informentur, corrigendos duxerint.

Item nec percuſſio ratione diſciplinæ illata.

His itaque ac ſupradictis caſibus exceptis, quicunque violentas manus clerico, aut monacho, vel monachæ attulerit, anathematis vinculo ſubiicitur, à Summo Pontifice abſoluendus. Nec ſolum auctor intelligitur, ſed (vt alibi diximus) is etiam, qui mandat, conſentit, conſulit, fauet, aut factum ipſum ratum habet, ſi nomine ipſius patratum ſit.

Præter caſus prædictos percutiens clericos vel regulares incidit in canonem.

IVRIS EXCOMMVNICATIONES EPISCOPALES,

HOC EST, EPISCOPIS à iure reſeruatæ.

Leuis pcuſſio eſt Epiſcopalis.

PRima eſt, quam incurrit, qui clerico non enormem, ſed modicã & leuem iniuriam (hoc eſt leuem percuſſionem) irrogauit, vti habetur cap. 17. de ſent. excom.

Secunda eſt, vt communiter Summiſtæ (quãquam reuera contineatur ſub priori) quam incurrit hoſtiarius alicuius poteſtatis, qui ſub prætextu ſui officij malignatus (vt habetur cap. 3. de ſent. excom.) clericum leuiter læſit: quia ſi eum grauiter vulneraſſet, tunc abſolutio à S. Sede eſt impetranda.

Percuſſio inter regulares i clauſtro vbi deficit Prælati diſcretio, eſt Epiſcopalis.

Tertia eſt quam incurrunt monachi & canonici regulares, qui quocunque modo ſe in clauſtro percuſſerunt, & Prælati ſui diſcretio ad illorum correctionem non ſufficit. De ſent. excom. c. 2.

Papales ob impedimentũ inferioribus pmiſſi, ſunt Epiſcopales.

Quarta, quando abſolutio eſt Papæ reſeruata, & ob aliquod impedimentum Epiſcopo ratione dignitatis conceditur, quia eo caſu nullus inferior ſe poteſt ingerere, niſi cui ex ſpeciali gratia id conceſſum fuerit. Hinc Martinus Nauarrus in ſuo Enchiridio c. 27. num. 3. in tit. de excom. reſer. Epiſcopis, &c. Excommunicatio Papalis, cuius abſolutio ob aliquod iuſtũ impedimentum conceditur inferiori, illam dare debet Epiſcopus, & non alius inferior. Quod etiam cum auctoritate tum ratione probat, inquiens, ſecundum Innoc. communiter receptum in cap. 1. & cap. monachi. de ſent. excom. quia quæ diſpenſatio vel abſolutio reſeruata Papæ priuilegio iuris conceditur inferiori,

riori, videtur concedi Epiſcopo, & non alij eo inferiori, iuxta eundem Inno. in cap.2.de eo qui fur. ord. ſuſcep. probatum per Panor. ibi. & in d.cap. monachi. & in aliis locis multis ibi per Fely. citatis, qua etiã ratione, excommunicatio primo loco poſita cenſetur reſeruata Epiſcopo.

Quinta eſt, quam fert Epiſcopus per ſuum aut Synodale ſtatutum ſibi abſolutionem reſeruans.

Censuræ, quas ſibi Ep̃s reſeruat, ſunt Epiſcopales

Præter ſupra dictas excommunicationes Epiſcopales, ſunt adhuc aliæ duæ, quæ partim (vt loco ſuperius citato optime notat Martinus Nauarrus) ſunt Epiſcopales, & partim non ſunt, ſed vel Papales, vel nulli reſeruatæ.

Aliæ duæ excõicationes quãq. Ep̃ales, & quãq. non.

Vna eſt, quæ habetur in cap. ſuper. & cap. ſi concubinæ. de ſent. excom. Vbi excommunicatur, qui ſcienter participat excommunicato in crimine, ob quod eſt excommunicatus, cum reſeruatione abſolutionis ei, cui eſſet reſeruata abſolutio excommunicationis, ob crimen, in quo participando eam incurrit alius.

Prima in cõicantẽ in crimine cũ excommunicato.

Ad incurrendam hanc excommunicationem, oportet, vt fiat participatio in crimine poſt illud commiſſum, & poſt incurſam ob id excommunicationem ab eo cum quo participat. Et vt participet cum eo ſciens illum eſſe excommunicatum.

Annotationes quatuor ex Nauarra in dictam excõmunicationem.

Item vti ante extrauagantem Martini V. à concil. Baſil. ſeſſ. 21. renouatam ſufficiebat, & requirebatur ſcientia excommunicationis, ita poſt eam requiritur, & ſufficit ſcientia denunciationis illius.

Item declaratio in ſolutionẽ propoſiti dubij, quòd ſicut qui percutit pluries clericum, ita vt appellentur diuerſæ percuſſiones, & ſæpe ſingulis vicibus incurrit excommunicationem, ſic qui participat in crimine multoties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratæ participationes, ſingulis vicibus incurrit excommunicationem.

Item

Item quòd ab hac debet abſoluere idem qui ab altera d. c. nuper. idcirco cui reſeruata fuit prior, eidē, & hæc erit, & ſi illa nemini fuerit reſeruata, neque hæc erit.

Altera in non præſentātes ſe ſuperiori tranſacto periculo, cū prius in caſu neceſſitatis fuerint ab alio abſoluti.

Secunda excommunicatio, quæ partim Epiſcopalis & partim non eſt, quæ habetur in cap. 22. de ſent. excom. in 6. Vbi excommunicatus declaratur, qui ob periculum mortis, aut aliud iuſtum impedimentum abſolutus ab eo, qui aliàs non potuiſſet recuperata valetudine, vel ſublato impedimento, quàmcito commode poteſt non ſe præſentat ſuperiori, à quo debet abſolui, eiusq. mandatis obtemperare. Et qui abſoluti à Sede Apoſtolica, aut eius Nuntiis, præcipientibus, vt ſe præſentent ordinariis, aut aliis iudicibus, quorum iuſſa exequi debent, vel ſatisfacere læſis, vel iis ob quos fuerūt excommunicati, id quod quàmcito commode poſſunt, præſtare eos oportet.

Annotationes tres ex Nauarra in dictam excōicationem cum quadam explicatione

Prima pars huius excommunicationis habet locū in abſolutis à quibuſcunque, vt ex littera palam colligitur, & ſecunda non niſi in abſolutis à Sede Apoſtolica, aut eius Nuntiis, de quibus ſolum loquitur. Itaque nō habet locum in abſoluto ab Epiſcopo, vel alio delegato, iuxta Caiet. Quamuis habeat (noſtro iudicio) in abſoluto à ſummo Pænitentiario.

Item quòd tempus, intra quod quàmcito commode poteſt, tenetur præſentari, quoad forum exterius relinquitur arbitrio boni viri. arg. l. 1. ff. de iur. delib. c. de cauſis. de offic. deleg. Quoad interius autem, conſcientiæ abſoluti. arg. gloſſ. c. ſignificaſti 2. de homic.

Item quòd hæc eſt Papalis vel Epiſcopalis ſi prima talis erat, & nemini ſi prima non erat reſeruata, quia textus habet (vt ait Nauarr.) eandem eſſe: quod quidem intelligēdum eſt ratione poteſtatis abſoluendi: ſi enim excommunicatio, cui quis ante articulum neceſſitatis ſubiacebat, Papalis, Epiſcopalis, aut nulli reſeruata fuerit, illa quoque quam ob omiſſam ſui

præſen-

præſentationem poſt reſtitutus incurrit vel Papalis, vel Epiſcopalis, vel nulli reſeruata erit: quamquam ſi exacta ratione hæc conſiderare libeat, hæc doctrina Nauarri locum non habet in his caſibus, qui nulli reſeruantur, ſi quidem ab iis ſemel abſolutus nulli ſe tenetur præſentare magis quàm pro communibus peccatis.

IURIS EXCOMMUNICATIONES à conditore nemini reſeruatæ, quæ etiam à pleriſque Epiſcopales, large tamen, appellantur, quia Epiſcopi communiter eas ſibi reſeruant.

In extrau. c. ſuper gentes.

In inpedientes Legatos vel Nūtios Apoſtolicos.

QVi legatos, aut Nuntios Apoſtolicos impediunt, quo minus recipiantur, aut ea conficiant, ob quæ ſunt miſſi, cuius iam abſolutio per bullam Cœnæ Domini Papæ eſt reſeruata, vt etiam bene notauit Nauarr. cap. 27. num. 149.

In Regibus inferiores non parentes mādatis Cardinalium Inquiſitorum.

Domini totius orbis, exceptis Regibus, non parentes Illuſtriſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus Romæ in pertinentibus ad officium ſanctæ Inquiſitionis, iuxta decretum Pij Quinti, quod habetur in libro ſuarum conſtitutionum fol. 266.

Ex 6. decr. c. 18. de hæret.

In quoslibet Dominos tpales nō parentes Ep̄o, vel Inquiſitoribus in officio Inquiſitionis.

Domini temporales, ſeu quorumcunque locorum rectores, aut officiales ipſorum, quacunque illi dignitate, officio, vel nomine cenſeantur, ad negotia Inquiſitionis contra hæreticos ab Epiſcopo, vel ab Inquiſitore, hiſce in rebus, quas ſecundum iura præſtare debent, ac obire, acciti: Si Epiſcopo, vel Inquiſitori quomodocunque non paruerint; Aut ſi prædictos homines peſtiferos in carcerem Epiſcopi, aut Inquiſitoris ducendos non curarint: quamprimum fuerint iuſſi,

Ibidem.

In non prębentes brachiū ſeculare Ep̄is, ſeu aliis in negotio inquiſitionis.

iuſſi, aut in aliquem alium locum, quem Epiſcopus, vel Inquiſitor præſcripſerit.

In dimittẽtes captiuos propter hæreſim.

In tpales cauſam hæreſis iudicãtes.

Vel ſi quem propter crimẽ hæreſeos captum abſq. Epiſcopi, aut Inquiſitoris auctoritate, vel imperio vinculis ſolutum dimiſerint: Aut ſi de hæreſi (cum ſit crimẽ mere eccleſiaſticum) quoquo modo cognorint, aut iudicarint. Ibidem.

In non punientes debite ſibi traditos propter hæreſim.

Vel etiam ſi hæreſi damnatos, ac ſibi ab Epiſcopo, vel Inquiſitore traditos, non ſtatim debita animaduerſione punierint, non obſtantibus appellationibus prædictorum. Ibidem.

In impedientes quõdolibet in negotio inquiſitionis occupatos.

Item omnes ſupradicti, qui non modo imperata à diœceſanis, vel Inquiſitoribus libenter (quod oportet) facere detrectant ac recuſant: ſed qui etiã actionem illorum, aliquam formulam, ſententiam, iudicium directe, aut indirecte impediunt, vel illis negotiũ pertractantibus, vt eos quoquomodo impediant ſeſe opponunt. Ibidem.

In dantes auxilium vel fauorem in prædictis.

In hanc quoq. cadit excommunicationem quiſquis ſciens, ac prudens in prædictis conſilium dederit, fauorem, vel auxilium, quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci, poſt id temporis velut hæreticus condemnandus eſt. Ibidem.

Prædicta faciens in patrocíniũ hæreſis incurrit bullam Cœnæ Dñi.

Aduertendum tamen, quòd ſi quis prædictorum eo animo aliquid fecerit, vt hæreticis faueret, vel illos defenderet, eum tunc ſententiam latam in Cœna Domini incurſurum. Ibidem.

In Inquiſitores extorquentes pecunias, aut eccleſiarum bona confiſcantes.

Inquiſitores ac commiſſarij ipſorum, aut Epiſcoporum vel Capituli, Sede vacante qui officij inquiſitionis nomine aliquo modo illicito pecunias extorſerint; aut ſcienter eccleſiæ bona ad fiſcum etiam eccleſiæ ob clerici alicuius delictum applicare tentauerint: à qua excommunicatione præterquam in mortis articulo, nec ab ipſo Epiſcopo quidẽ abſolui poſſunt, quouſque illis, è quorum manibus pecunias extorſerunt, plane ſatisfecerint. De hæret. c. 2. in clem.

Quicun-

De hæret. c. 2. in 6.

In ſepelientes hæreticos. vel eorum fautores.

Quicunque hæreticos, & credentes hæreticis, ac receptatores, defenſores, aut fautores hæreticorum, Eccleſiæ ſepulturæ ſcienter mandauerint: qui propterea vſq. ad ſatisfactionem idoneam excommunicationis ſententiæ ſubiacere debent: neq. abſolutionis beneficium merentur, niſi manibus ſuis humatos publicè ex ſepulchro efferant, atque huiuſmodi damnatorum cadauera inſepulta abiiciant. Locus autem ille perpetua carere debet ſepultura.

De ſepul. c. 1. in clem. Ab hac excom. Nullo modo abſoluant niſi prius ad arbitrium Epi diœceſis qbus pmiſſa iniuria fuerit irrogata, ſatisfactionē exhibuerit cōpetētem.

In exemptos tēpore interdicti quoſuis ſepelientes.

Item ſi excommunicatos vel vſurarios manifeſtos ſepeliant.

Qui etiam exempti per temeritatem, atque audaciam non ſine contemptu ac ludibrio clauium Eccleſiæ in cœmiteriis interdicti tempore in caſibus à iure non permiſſis, corpora defunctorum: vel publice excommunicatos, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos, ſcienter ſepelire præſumunt, à qua excommunicatione nullo pacto poſſunt abſolui, niſi prius ad arbitrium diœceſani Epiſcopi, eis quibus iniuria facto illo fuerat illata, ſatisfecerint: nullo eis circa præmiſſa exemptionis, vel aliquouis priuilegio ſub quacunq. verborum forma conceſſo, aliquo modo ſuffragante.

17. q. 4. c. oēs eccleſię raptores gl. in d. ca. oēs eccleſiæ ra.

In violatores eccleſiarum ante denūciationem.

Templorum Dei violatores, cum iis omnibus, qui conſentiunt ab Eccleſia non denunciati: quales ſunt, raptores ipſorum ac bonorum alienatores, fractores, incendiarij, vt gloſ. recte notat in capit. 19. & 22. de ſent. excom. eo quòd huiuſmodi ſacrilegi illico in excommunicationem cadant, non ſacrilegij nomine, ſed ſententiæ iam diu latæ. Quod de aliis domorum fractoribus atque incendiariis affirmandum non eſt; Nam licet hi grauiſſime peccent, cum hæc admittunt, (cuius criminis abſolutio in iure Epiſcopo etiam reſeruatur) excommunicationem tamen non incurrunt, niſi per Eccleſiæ ſententiam fuerint publicati. Ac tunc non ab Epiſcopo, ſed à Papa abſolutio impetranda eſt.

Caſus incendiariorū poſt denunciationem ſit Papalis.

De ſent. excom. c. 19.

Qui Chriſtianos naufragiū patientes damnata cu-

De rapt.c.excom. piditate ſuis rebus ſpoliant, niſi ablata quamprimum poterũt reſtituerint, cuius abſolutio nunc per bullam Cœnæ Domini ſummo reſeruatur Pontifici. In ſpoliantes naufragos.

In eos, qui tempore belli infidelib' neceſſaria pbent. Qui tempore belli cum ſaracenis & aliis infidelibus mercaturã per ſe, vel per alios, nauibus faciũt: ſeu quocunq. alio ingenio res ad victũ neceſſarias, ſubſidia, atq. id genus alia eis ſuppeditãt, vel dant etiã cõſilia, quam diu inter ipſos ac Chriſtianos bellũ fuerit. De Iud. & Saracen. c. 12. & gl. ibidem.

In prohibentes ſubditis ne officia pollitica clericis p̃ zbeant. Domini temporales, qui ſubditis interdicunt, ne perſonis eccleſiaſticis quicquam vendant, aut emant ab eis, aut molis frumentum ipſis tundant, aut panem conficiant, aut alia obſequia exhibeant. De immu. Eccl. c. eos qui in 6.

In eos q per aſſaſſinos fideles interimunt. Quicunq. Princeps, Prælatus, aut quæuis alia eccleſiaſtica, ſecularíſue perſona, quæ Chriſtianorum quẽpiam per quoddam genus hominum (quos vulgo aſſaſſinos vocant) interficiendum curarit, aut etiam præceperit (quamuis inde poſtea mors non ſit ſequuta) aut eoſdem latrones domo ſua excerperit, vel defenderit vel occultarit. De homic. c. 1. in 6.

In defendẽtes aſſaſſinos.

In grauantes alios, quomodolibet pp illatam excõmunicationem. Quicunque pro eo quòd in Reges, Principes, Barones, nobiles, vel quoſlibet miniſtros eorum aut quoſcunq. alios excommunicationis ſententia fuerit promulgata licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, ſeu aliàs in perſonis aut bonis ſuis, vel ſuorum grauandi eos, qui talem ſententiam protulerunt, ſiue quorum eſt occaſione prolata, vel eandem ſententiam obſeruantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolentes, niſi licentiam huiuſmodi ipſa re integra reuocauerint vel ſi vlterius ſit proceſſum, bona ipſa fuerint intra octo dierum ſpatium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa. De ſenten. excom. c. 11 in 6.

Perſeuerantes in pdictis duob. mẽſibus, à Papa ſunt abſoluendi. Item qui auſi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquid præmiſſorum committere ſuo motu, ſi autem in ea ſententia permanſerint duorũ menſium ſpatio, ex tunc abſolutio ſedi Apoſtolicæ eſt reſeruata.

In extorquentes abſolutionẽ violentes. Qui excommunicationis aut ſuſpenſionis aut interdicti De iis q̃ ui metu. c. 1. in 6.

terdicti abſolutionem per vim, & metum, vel minas extorquent.

23.q.5.c.1 gl. ibidem. Omnes Principes, & officiales, qui tertio admoniti ab Epiſcopis vel aliis eccleſiaſticis Prælatis, ius ipſis in cauſis eccleſiarum, viduarum & pupillorū tribuere neglexerint; à qua excommunicatione non niſi condigna adhibita ſatisfactione abſolui poſſunt. In eos qui incauſis miſerabiliū ꝑſonarū tertio moniti ius nō adminiſtrant.

De vſuris. c. vnico in clement. Officiales communitatum, aut poteſtates vſuras ſtatutis quibuſdam fouentes, aut prædeceſſorum decreta in rebus eiuſmodi infra tres menſes, ſi poſſunt, non abrogantes. In magiſtratus fauentes vſuris.

De vſur. c. 2 in 6. Clerici minores Epiſcopos vſurariam prauitatem fouentes: vt cum domum ad exercendum fœnus concedunt, aut in ea quomodocunq. habitare permittunt ſi perſona ſingularis ſit excommunicationis ſui vniuerſitas interdicti ſententiam ipſo facto incurrit. In clericos dom⁹ locatione fœneratios iuuantes.

De ele. vel mon. ca. 5. Sacerdotes officium Vicecomitis aut præpoſiti ſecularis exercentes, ac poſt monitionem emendare ſe nolentes. In ſacerdotes ſecularia adminiſtrantes.

De off iud. ord. c. 14. Qui in Ciuitate vel diœceſi, vbi diuerſarum linguarum populi ſunt ſub vna fide varios ritus habentes, præſulatum vſurpat. In vſurpantes prę ſulatū in populos diuerſarū linguarum.

De iudiciis c. 2. in 6. Qui fallaciam, ac fraudem componunt, vt Iudex ipſe mulierem pro teſtimonio adeat. In fraudoleter agētes, vt iudex ꝓ officio mulierem accedat.

De offic. & pot. iud. de leg. c. 15. in 6. Qui procurant, vt de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis, ac violētiis, conſeruatores cognoſcant, aut ad ea, quæ iudiciariam perſcrutationem exigunt, ſuam extendant poteſtatem: à qua etiam excommunicatione abſolui non poſſunt, niſi integra ſatisfactione præmiſſa. In procurātes, ne cōſeruatores ſufficiēter nota cognoſcat.

De conſ. & aff. c. vnico in clem. Qui ſcienter in gradibus prohibitis conſanguinitatis & affinitatis, vel cum monialibus, aut vtriuſq. ſexus, qui in religione, vel in ſacris ſunt ordinibus matrimonium contrahunt. Hanc eandem excommunicationis ſententiam incurrunt hi, qui ſcientes ac prudētes In contrahentes matrimonium in caſib. prohibitis, aut cum impedimento voti. Item in celebrantes huiuſmodi nuptias.

ſupradicta damnata coniugia celebrant. Alij vero, qui ad hæc cõſilium dederint, fauorem, vel auxilium, licet mortaliter peccent, non tamen cadunt in excommunicationem.

In cõicãtes in crimine criminoſo, vbi non fuerit peculiaris ea de re facta reſeruatio.

Qui ſciẽter in crimine criminoſo cum nominatim excommunicato communicant, conſilium, fauorem, vel auxilium præbentes: modo conditor canonis abſolutionem ſibi non reſeruarit: alioquin nec Epiſcopos iſtos abſoluere poſſet. De ſent. ex cõm. c. 29.

In acta ſchiſmaticorũ ratificantes ſine participatione in ſchiſmate.

Qui audacter, impudenterq. ordinationes, beneficiorum collationes, & eccleſiaſticarum rerum alienationes, ab Octauiano, ac Guidone Schiſmaticis, aliiſq. id genus hominibus factas, ratas eſſe volunt, modo tamẽ nulla ſchiſmatis intercedat macula; alioquin excommunicatio ratione ſchiſmatis non Epiſcopalis, ſed Papalis erit. De ſchiſm. & ord. ab eis, c. 1. & diſt. 19. c. nulli fas.

In concedẽtes repreſalias contra eccleſiaſticos.

Qui repræſalias, ſeu pignorationes aduerſus perſonas eccleſiaſticas, ſeu bona ipſorum concedunt, vel ad eas extendunt, niſi vnius menſis ſpatio reuocarint: ſi perſonæ ſingulares ſint, ſententiam excommunicationis incurrunt; ſin vniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiacet interdicto. De iniuriis & dam. dato. c. vnico. in 6.

In extorquentes pedagia ab Eccleſiaſticis, quæ iã cenſura iam relata eſt in Bullam Cœnæ.

Quicunq. contra ſtatutum Alexandri Quarti per ſe vel per alios, nomine ſuo, vel alterius ab eccleſiis, aut eccleſiaſticis perſonis pedagia, vel guidagia, aut exactiones exigunt, vel extorquent, aut etiam compellunt ad ſolutionem pro ſe, vel rebus ſuis, quas ſecum deferunt, deferriue iubent non cauſa negotiationis: ſi ſingularis perſona ſit, excommunicationi: ſin vniuerſitas, interdicto ſubiacet. Nec ab huiuſmodi excommunicatione, aut interdicto abſolutionem, vel relaxationem obtineant, quouſque exacta omnia reſtituerint, ac de tranſgreſſione competenter ſatisfecerint. Abſolutio autem ab hàc excommunicatione hodie reſeruatur Papæ, iuxta Bullam Cœnæ Domini, vti etiam bene notarunt Silueſt. in verbo excommuni- De cenſ. & exact. c. 4. in 6.

municatio 9. excomm. 21. & Nauarr. cap. 27. nu. 128.

De immu. eccl. c. 4. & 7. & in 6. & cēſ. & exac. c. 4.

Conſules, rectores, quique in aliqua ſunt poteſtate conſtituti, cum fautoribus ſuis, ac ſucceſſores eorum in magiſtratibus idem ſequuti, qui ſine maxima neceſſitate ab Epiſcopo, ac clero diœceſis illius approbata vectigalia impoſuerint, atque id genus oneribus perſonas eccleſiaſticas affixerint. In officiales imponentes vectiga lia eccleſiaſticis.

Ibidem.

Vel iuriſdictionem auctoritatemq. Prælatorum imminuerint, ac ſuſtulerint, ita vt in ſuos nihil illis videatur poteſtatis eſſe reliquum: à qua etiam excommunicatione abſolui non poſſunt, niſi præmiſſa ſatiſfactione. In impedientes Prælatorum iuriſdictionem.

De ſent. excom. c. nouerit.

Qui contra eccleſiaſticam libertatem, ſtatuta edita, ac conſuetudines introductas, ſeruari faciunt, niſi intra duos menſes poſt ſententiæ publicationem, ex capitularibus amoueri iuſſerint; ac ſtatutarij, ſcriptores, poteſtates, conſules, rectores, conſiliarij, qui ſecundum ea iudicauerint, vel in publicam formam ſcripſerint iudicata. Et nunc excommunicatio hæc per Bullā Cœnæ Domini reſeruatur ſummo Pontifici, vt etiam bene notauit Nauarr. cap. 27. num. 119. In facientes obſeruare ſtatuta contra libertatē eccleſiaſticam.

De elect. & electi pot. c. 13. in 6.

Qui regalia, cuſtodiā, ſeu guardiam aduocationis, vel defenſionis titulum in eccleſiis, monaſteriis aut aliis quibuſlibet piis locis vacantibus, de nouo vſurpare conantes bona eccleſiarum, monaſteriorum, aut locorum ipſorum vacantium, occupant; ac clerici eccleſiarum, monachi monaſteriorum, & cæteræ eorundem locorum perſonæ, quæ id fieri procurant. In occupantes iura eccleſiarum.

De elect. & electi pot. c. 13. in 6.

Qui quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, ad quas in quibuſdam eccleſiis, monaſteriis, aliiſve piis locis ſpectat electio, per ſe vel per alios moleſtarint, illas ſpoliantes, aut iniuria proſequentes; eo quòd perſonam, ad cuius electionem rogabantur, ſeu inducebantur eligere noluerint. In moleſtātes eccleſiaſticos circa negotium electionis.

Sub certis pœnis & inualiditate prohibetur vniuerſis

In eccleſiaſticos eccleſiarum iura laicis ſubiicientes indebite.

Item in laicos, q eccleſiaſticos ad id compellunt.

uerſis & ſingulis Prælatis, ne eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia, ſeu iura ipſarum laicis ſubmittant, ſubiiciant, ſeu ſupponant, abſque Capituli ſui conſenſu, & Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, &c. Et laici cuiuſcunque ſint cōditionis, aut ſtatus, qui Prælatos, vel Capitula eccleſiarum, ſeu alias perſonas eccleſiaſticas cōpellent, vt bona ſua, vel iura laicis ſubmittant, excommunicationis ſunt ſententia innodati. Similiter ſi ex contractibus ſuper præmiſſis etiam licite factis aliquid præter ius. ſibi vſurparint: niſi legitime moniti ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint, & vſurpata reſtituerint.

De reb. ecc. non alien. c. 2. in 6.

De immu. eccl. c. 4. in 6.

In impedientes, ne cauſæ eccleſiaſticæ iure eccleſiaſtico tractentur.

Qui impediunt ſuper cauſis, quæ ad forum eccleſiaſticum de iure, vel de conſuetudine pertinent, literas à Sede Apoſtolica impetrari, vel ſuper ipſis coram ordinariis, aut delegatis eccleſiaſticis litigari. Hocque intelligendum eſt, ſi contra Bullam in Cœna Domini litteras Apoſtolicas non impedierint: quia tunc Papalis eſſet, vt alibi diximus.

De ſequeſt. poſſ. c. vnic. in clem.

In impedientes ſequeſtrationem ab ordinario legitime factam.

Qui ſequeſtrationem beneficij per loci ordinarium factam, vna ſententia definitiua contra poſſeſſorem promulgata impediūt, vel fructus ſequeſtratos quoquomodo occupant: à qua etiam excommunicatione abſolui non poſſunt, niſi omni impedimento amoto, ac bonis occupatis reſtitutis.

De reb. ecc. non alie. c. ambitioſe. In extrau. Pauli ij.

In alienantes vel recipientes indebite res eccleſiar.

Qui inconſulto Romano Pontifice bona eccleſiaſtica immobilia, necnon etiam mobilia eccleſiarum pretioſa extra caſus iure permiſſos alienant, vel accipiunt alienatæ, aut alienationi ſubſcribunt.

In cōducentes hoſpitium Bononię in p̄iudiciū aliorum abſque ipſorum conſenſu.

Magiſtri & Scholares Bononienſes, qui ante tempus conductionis conducunt hoſpitia aliorum magiſtrorum, ac ſcholarium, ſine conſenſu ipſorum.

De locat. & conducto. c. 1.

In inuenientes nouas religiones ſine cōſenſu Papę

Omnes nouum ordinem inſtituentes, aut habitum nouæ religionis aſſumentes abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu & approbatione.

De rel. domib. c. vnico in 6.

Item omnes fratres Mendicantium ordinum poſt Con-

Ibidem. Concilium Lugdunenſe inſtitutorum, qui ex regula aliquid proprium habere non poſſunt, ſi quem ad profeſſionem admittant, aut domos vel loca ſine licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, vel mobilia etiam alienent. Excipiuntur tamen ordines Fratrum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum D. Auguſtini, ac Carmelitarum. In mendicantes, qui nihil proprij habere poſſunt ſi ne licentia Papæ ad profeſſionem admittentes, aut loca ſua alienantes pter quatuor ordines nominatos.

De excefſ. prel.c.1. in 6. & in cle. c.3. de pænit. Religioſi mendicantes immoderate habitacula abſq. licentia Papæ acquirentes, vel dimittentes, vel in alios vſus transferentes: niſi in eremum, facta ſibi poteſtate à ſuperioribus, ſecedant. In mendicantes immoderate habitacula acquirẽtes vel dimittentes.

De cle. vel mona.c.10. Religioſi, qui è monaſteriis ad leges audiendas, vel medicinam exeunt, & intra duos menſes ad monaſterium non redeunt: ac presbyteri, aliique clerici in dignitate conſtituti, qui intra prædictum ſpatium ab eiuſmodi lectionibus audiendis non deſiſtunt. In religioſos ad leges & phyſicam audiendam exeũtes monaſteria. Item in presbyteros eadẽ audiẽtes.

De cler. vel mona.c. vt periculoſa. in 6. Religioſi, qui habitum religionis ſuæ, in qua expreſſe, vel tacite profeſſi ſunt, in ſcholis, vel alibi temere deponunt: vel ad quæuis ſtudia ſine ſuperiorum ſuorum auctoritate libere accedunt. In religioſos habitum poſt profeſſionẽ deponentes.

Ibidem. Doctores item, ac magiſtri, qui eoſdem religioſos leges, aut Phyſicam depoſito habitu audientes ſcienter docent, vel in ſcholis ſuis retinent. In doctores, qui iam dicta religioſis Prælegunt.

De ſtatu. mon. c.1.§. 6. in clem. Simplices monachi, ac canonici regulares, ad curias Principum ſeſe conferentes, vt damnum aliquod Prælatis ſuis, aut monaſterio afferant. In monachos, q ſe ad curias conferunt cũ procurãdi mala monaſteriis.

Ibidem. Monachi, qui intra ſepta monaſterij habent arma ſine licentia Abbatum ſuorum. In monachos habentes arma in monaſterio.

De decimis c. Religioſi in clem. Religioſi ſimplices, qui decimas eccleſiis debitas fraude, vel quouis alio prætextu occupãt, &c. niſi poſt requiſitionem à præmiſſis intra menſem deſiſtant, ac eccleſiis damnum paſſis intra duos menſes omne damnum reſarciant. In religioſos occupantes decimas indebite.

De pœnis. c.3. in cle. Religioſi, qui in ſermonibus ſuis, vel alibi quædam proferunt, vt auditores à ſolutione decimarum eccleſiis debitarum abducant. In concionatores auertentes populũ à ſolutione debitorum.

Reli-

In religioſos ſuſpenſos à munere concionãdi ob prædicta, ſi ante purgationem concionentur.

Ibidem.

Religioſi ſuſpenſi à concionandi munere, quod ſcienter confitentibus ſcrupulum nõ iniecerint, quia debitas eccleſiis decimas non ſoluerũt, ſi ea negligentia minime purgata, concionentur.

In non ſeruantes interdictum, etiã exemptos.

De ſen. excõm. c. 2. in clem.

